

25 July

Bel. van Bienen. ad. 1800.

D. IO.

IVRE

IN IM

G

L



ED

---

apud 10

D. IO. IAC. MASCOVII  
DE  
IVRE FEVDORVM  
IN IMPERIO ROMANO-  
GERMANICO  
LIBER.



EDITIO NOVA



---

POSONII  
apud IO. MICH. LANDERER.  
MDCCLXV.

LIBRARY  
OF THE  
UNIVERSITY OF  
DUSSeldorf

D. R. 72


Z sw

1371 499 01



PR

Cum pri  
Public  
nici, iam an  
quae haec dif  
rum. Et vi  
tium, cum p  
de Fendis Im  
certius consti  
nova luce col



## PRAEFATIO.

Cum primum ederem Principia Iuris Publici Imperii Romano-Germanici, iam animus erat separatim excolere, quae haec disciplina habet ex iure feudorum. Et videbatur sane operae pretium, cum post IO. GVIL. ITTERI de Feudis Imperii, opus, multa de illis certius constituta, multa a viris doctis noua luce collustrata sint. Sed multae

## PRAEFATIO.

quoque in scenam productae hypotheses,  
de quibus tuto iudicari non potest, nisi  
perspecta totius doctrinae ratione.

Quae vero primum, ad priuatos  
usus Auditorum, composita fuerant, ea  
nunc, paullisper recensita, in publicum  
emitto, ut duae disciplinae Iuris Publici,  
et Feudalis, ad vnum habitum compo-  
sitae, facilius sibi inuicem inferuiant.

De ipso ordine, non opus est prae-  
fari: quippe eundem secutus sum,  
quem, in Prolegomenis, praecipuae com-  
mendaui.

Scilicet generalia primum principia,  
de indole feudorum, rite ponere visum  
fuit, tum feudorum Imperii in specie  
formu-

P  
formulam e  
blicis, obli  
est. Sing  
quae per p  
Germaniae  
ris feudalis S  
multa specia  
simis Princip  
difficile fue  
iusus regio  
ferre cum i  
Ad prae  
noperet resp  
inde priscan  
disciplinae  
tionum cau



## PRAEFATIO.

formulam explicare, prouti legibus publicis, obseruantia, et pactis, definita est. Singulares etiam consuetudines, quae per prouincias, et Curias feudales Germaniae vigent, attigi. Inprimis Iuris feudalis Saxonici ratio habita, in quo multa specialia, vetere vsu, aut aequifimis Principum edictis, obtinent. Nec difficile fuerit, ad eundem modum, cuiusuis regionis aut Curiae instituta conferre cum iure communi.

Ad praesentem quidem vsum maxime respexi. Conuenit tamen subinde priscam rationem atque analogiam disciplinae feudalis persequi, et mutationum causas indicare, vt recentior

PRAEFATIO.

conditio melius intelligatur. Non multus fui in cumulandis nominibus Doctorum, quorum suffragiis fulciri sententia posset. Quid, in illo testimoniorum apparatu, inane esse soleat, iam alii, et maxime HVB. GIPHANIVS, in Praefatione ad CONR. RITTERSHVSII Partitiones Iuris feudalis, animaduertunt. Non tamen omisi laudare, qui curatius exposuere, quae, pro institutione, paucis complexus sum.



CON-



CON

PRO

De natura, et  
feudalis.

CAP. I. De  
Iuris feudalis.

CAP. II. De

CAP. III. De  
speciebus feu-

CAP. IV. De  
pere possunt  
ordinibus.

CAP. V. De

CAP. VI. De  
dum solet,



# CONSPECTVS CAPITVM.

---

## PROLEGOMENA.

*De natura, constitutionae, et methodo Iuris  
feudalis.* Pag. I

CAP. I. *De ortu et progressu feudorum et  
Iuris feudalis.* 10

CAP. II. *De natura et constitutione feudi* 27

CAP. III. *De diuisione feudi, variisque  
speciebus feudorum.* 39

CAP. IV. *De iis, qui feudum dare et ca-  
pere possunt, ubi de variis Vasallorum  
ordinibus.* 66

CAP. V. *De Tutela feudali.* 84

CAP. VI. *De rebus, in quibus constitui feu-  
dum solet, ubi et de regalibus.* 96

CAP.

CONSPECTVS CAPITVM.

- CAP. VII. *De inuestitura feudorum, et  
landemio.* Pag. 125
- CAP. VIII. *De inuestitura simultanea; nec  
non de expectatiua,* 149
- CAP. IX. *De praescriptione feudali.* 159
- CAP. X. *De successione in feudo.* 167
- CAP. XI. *De dominio feudali directo, eius-  
que effectibus.* 191
- CAP. XII. *De Dominio feudali utili, eius-  
que effectibus.* 210
- CAP. XIII. *De oneribus, et debitis feuda-  
libus.* 228
- CAP. XIV. *De modis, quibus feudum de-  
sinit.* 236
- CAP. XV. *De Iudicio, et processu feudali,  
et stylo Curiae.* 263



PRO-



PR  
DE NAT  
TUTION  
IVRI

Definitio Iuris  
Scopus eius  
Vjus et praes  
Principia iuris  
De administrati  
De modo et  
De praescriptis



Ius Fe  
gum  
vitur  
negotii priuati  
publici: cum  
cipatus, ac Re  
tenentur.

M.  
ms, et  
B. 125  
149  
159  
167  
o, eius.  
191  
i, eius.  
210  
is feuda-  
228  
dum de-  
236  
feudali,  
263



PROLEGOMENA.

DE NATVRA, CONSTI-  
TVTIONE, ET METHODO  
IVRIS FEVDALIS.

- Definitio Iuris feudalis. 1.*
- Scopus eius. 2. 3.*
- Vsus et praestantia. 4.*
- Principia eius propria, 5. et communia 6.*
- De adimiculis studii iuris feudalis. 7.*
- De methodo et ordine. 8. 9.*
- De praecipuis Scriptoribus eius. 10. et sequ.*

§. I.



Ius Feudale est complexus le-  
gum, ad feuda spectantium:  
vsu[m] que habet, non modo in  
negotiis priuatorum, sed status quoque  
publici: cum Regna etiam sint, et Prin-  
cipatus, ac Regali iura, quae feudi lege  
tenentur.

A

§. II.

PRO.

## 2 DE NATVRA, ET CONSTITVT.

§. II. Scopus disciplinæ ipsius præcipuus quidem est, de causis feudorum recte statuere, atque in negotiis eius generis prudenter consulere \*.

\* Scilicet vbi agitur de feudo comparandò, aut de feudis diuidendis inter liberos: vbi literæ reuersales exiguntur: vbi feudum ab allodio separari, hypothecâ in feudo constitui, aut transferri debet, quæque sunt eius generis alia.

§. III. Præterea cognitio eius ad priscum Reipublicæ, et Imperii maxime Romano-Germanici, statum intelligendum conducit. Nec aliunde melius cognoscitur diuersus nexus prouinciarum, ratio militiae veteris, dignitatum et titulorum ortus. Adeo magna officiorum, in bello et pace, pars olim, in mutua illa domini et vasalli fiducia, consistebat.

§. IV. Vnde et vsus et dignitas ipsius perspicitur, inprimis in Imperio Romano-Germanico, vbi tam splendida feudorum regalium conditio, et tanta causarum, quæ de feudis immediatis, et mediatis occurrunt, varietas.

§. V.

IV R  
§. V. Hab  
quomodo fe  
cipia sua, eaq  
nia cum ali  
Propria iun  
quoniam feu  
qui, per liter  
am accipit: t  
libet Curia  
deficientibus  
ad lus Feud  
neque ac lus  
per German

1) BÖCHER  
lus, et diplom

2) Conf. infra

3) Conf. infra

§. VI. Co  
respicitur, vbi  
dalis deficit, i  
vatae. Mult  
Naturæ et G  
si controuer  
fallum, qui n  
1) Ita Dr.  
rellum Feuda  
lucis Ciuillis

§. V. Habet autem disciplina feudalis, quamvis fere arbitraria videri possit, principia sua, eaque vel propria, vel communia cum aliis Iurisprudentiae partibus. Propria sunt tabulae inuestiturarum; quoniam feudum est species contractus, qui, per literas inuestiturae, formam suam accipit<sup>1</sup>: tum et consuetudines cuiuslibet Curiae, aut prouinciae<sup>2</sup>. Quibus deficientibus, recurritur, in subsidium, ad Ius Feudale Longobardicum, quod aequè ac Ius Ciuile Romanum, receptum per Germaniam<sup>3</sup>.

1) BÖCHRISIVS *de origine, et fontibus Iuris feudalis, ex diplomatis.*

2) Conf. infra cap. III. §. 43.

3) Conf. infra cap. I. §. 17. et 19.

§. VI. Communia principia, ad quae respicitur, vbi lex, aut consuetudo, feudalis deficit, sunt Leges publicae, et privatae. Multa enim ad aequitatem Iuris Naturae et Gentium exigenda<sup>1</sup>, inprimis, si controuersia sit inter Dominum et Vassallum, qui non simul est subditus,<sup>2</sup>.

1) Ita Dr. LUDOVICI in Introductione ad Proccesum Feudalem, c. 13. §. 13. p. 257. vbi de vta Iuris Ciuilis in causis feudalibus disseruit, addit:

4 DE NATVRA, ET CONSTITVT.

Allein ich halte dafür, es gebe solches nur in so weit an, als in dem Römischen Rechte erliche allgemeine Gründe aus dem natürlichen Rechte anzutreffen sind, z. E. daß derjenige, welcher von dem andern eine Wohlthat genießt, demselben auch allen Respect zu erweisen schuldig sey, u. s. f. und dannenhero woltte ich lieber sagen, es müsse, in Ermangelung aller andern Rechte, die Entscheidung der zweifelhaftigen Frage aus dem Rechte der Natur hergenommen werden.

- 2) Negauerat GVDNDLINGIVS Libr. de Iure Naturae et Gentium, cap. XXII. §. 27. esse aliquod ius feudorum vniuersale. *Dispositiones, inquit, feudales arbitrariae sunt, iique non leniter decipiuntur, qui ius feudale vniuersale et naturale somniant.* Refellere GVDNDLINGIVM instituit GE. SAMVEL TREVERVS, deditque Paediam Iuris Feudalis vniuersalis, in PARERGIS GOETTINGENSIBVS T. I. Lib. III. p. 78. Perfectum etiam Systema aliquod, ex principiis Iuris naturalis, exhibuit Dn. CHRIST. VVOLFIVS de Iur. Natur. P. VI.

§. VII. Illustrationi inseruit historiarum, atque antiquitatis, inprimis mediæ aevi, cognitio, quae et vocum, et rituum feudalium significationem, et exempla probandae consuetudinis, suppeditat. Hinc longe nitidior hodie, quam olim, disciplinae feudalis facies, ex quo illa, ex veteribus chartis, et mediæ aevi moribus, lux affulsit\*.

\* Quid

Quid inter  
quod met  
cia feudali  
vit 10. H  
cvi. H a  
dotam, tili  
Nam veteri  
dum non  
et ignas, de  
et vprum m  
Contractus, prim  
non adstran  
proferum l  
que satis litera  
cessitque ar  
benam accesser  
dicos, Medici  
re memorias  
quonia. Quia  
explicemus, et  
dis; et et ca  
na solam digne  
feretur conmet  
fiteque, manda  
laurat; aliaque  
qui velles vni  
quid, ab aut  
tato reman ex  
late disperam  
horvare dicitur  
dicitur, ingrat  
frat, in ab  
ratore quodam  
erant, non est



\* Quid inter veteres, et recentiores, intersit, quoad methodum, ordinemque tradendi Placita feudalia, iam suo tempore, egregie explicavit IO. HAVICHORSTIVS, in Praef. ad GVIL. HANNETONII libros de Iure feudotum, editos Coloniae Agrippinae, 1568. 8. Nam veteris iuris beneficiorum consultos quaedam nimis antiquae, pleraque dure, nonnulla et ignaue, de hac civilis iuris parte conscripsisse, et ipsorum monumenta clare testificantur. et Connanus, primo libro commentariorum suorum, non dubitanter affirmat. Nec mirum. Cum praesertim superiorum temporum iniuria, neque satis literarum periti, neque differendi dicendique artibus imbuti, nedum exculti, ad scribendum accesserint: et mandatae literis Longobardicos, Mediolanosque feudorum mores, et tradere memoriae conati sint. Non dico haec insectandae animo. Quin potius tantum abest, ut ego illos existimem, eo nomine, a quoquam vituperandos; ut et iam honore et praemio, et non vena solum dignos esse credam, quod veterem beneficiorum consuetudinem, licet minus ornate, positeque, mandatam suis monumentis, custodire voluerint: aliosque habere paratam, unde sumerent, qui vellet scribere, materiam. At vero quicquid, ab antiquis scriptoribus, in hoc iure, non tam rerum inscientia quam ignoratione docendi, late dispersum, dissipatumque, ac tenebrosae barbarie obscuratum esse videbatur: ut nostri prudentes, ingenii qualitate, et fiduciae doctrinae froi, in orbem et ad disciplinam redigere, ut ratione quadam constringere, sermonisque elegantia ornare, non infeliciter conati sunt.

6 DE NATVRA, ET CONSTITVT.

§. VIII. Ad illum, quem supra designauimus, scopum accommodari debet tradendi Iuris Feudalis methodus; in ordine rerum, constituendisque principiis, et caute applicandis, pro diuersa feudorum indole, et temporum etiam ratione.

§. IX. Ordinem vero hunc tenere commodissimum visum est, ut initio feudi natura, variaeque diuisiones explicentur: tum agatur de personis, quae feudum dare, et acquirere possint; deque rebus, in feudum dari solitis, et modis, quibus feudum acquiritur: postea ipsius feudi forma, et effectus dominii directi et utilis, ac tota seruitii feudalis ratio, ante oculos ponatur: et porro modi, quibus feudum esse desinit, subiiciantur: ultimo autem loco, in iudicio feudali, et processu, subsistamus.

§. X. Feudalia iura Itali primum Iureconsulti scriptis excoluere. Antiquiores quidem nihil, praeter glossas suas, aut lecturas, ut vocant, ad textum feudorum, dedere, inter quos IACOBUS

COBUS

IVRI

COBUS AR  
DE ISER  
TVS, MAR  
eminent. AN  
DE PRATO  
LOMAEVS B  
textum ipsum  
disponere aggr

1) Is scripsit Feudum  
dit 10. SCHIL  
Feudalis Aleman

2) Libellum et  
in lucem et  
ril. 1612.  
SCHILTER  
cucul.

§. XI. In  
HERM. VVL  
THALIVS, L  
RVS, inter pri  
inclaruerunt.  
centiorum hic  
in eam discipli  
re: et vel in  
plexi sunt, vel  
dederunt.

COBVS ARDIZONIVS, ANDREAS DE ISERNIA, IACOBVS ALVAROTVS, MARTINVS DE CARATIS, eminent. ANTONIVS MINCVCCIUS DE PRATO VETEREI<sup>1</sup>, et BARTHOLOMAEVVS BARATERIVS<sup>2</sup>, etiam textum ipsum in commodiorem ordinem disponere aggressi sunt.

1) Is scripsit *Feudorum libros sex*, quos demum edidit IO. SCHILTERVS, ad calcem *Codiciis Iuris Feudalis Alemannici*.

2) *Libellum eius feudorum reformatum*, primus in lucem emisit NICOL. RIGALTIUS, Paris. 1612. 4. Emendatiorem recudi curavit IO. SCHILTERVS, vna cum opere Antonii Minuccii.

§. XI. In Germania VLR. ZASIVS, HERM. VVLTEIVS, HENR. ROSENTHALIVS, LVDOLPHVS SCHRABERVS, inter primos feudorum interpretes, inclaruerunt<sup>1</sup>. Nec quid de meritis recentiorum hic [dicam], qui magno studio, in eam disciplinam exornandam, incubuerunt<sup>2</sup>: et vel iusto syntagmate eam complexi sunt, vel institutiones, aut synopsis, dederunt.

### 3 DE NATVRA, ET CONSTITVT.

- 1) Copiose de iis III. SENCKENBERGIVS in *Prologo Iuris Feudalis.*
- 2) Laudabimus suo quemlibet loco. Et iunaret sano Bibliothecam feudatam habere, per certas classes, et secundum argumenta digestam, vt, Alphabetico ordine, est in *LVNIGII Corpore Iuris Feudalis* T. III, ad finem.

§. XII. Alii de feudis Imperii, in specie, commentati sunt <sup>1</sup>, alii singularis curiae, aut prouinciae, consuetudines illustrauerunt <sup>2</sup>. Alii denique consilia, decisiones, obseruationes Iuris Feudalis, ediderunt. Plurima quoque eius capita, singularibus dissertationibus, et deductionibus, in controuersis illustribus, excussa sunt.

- 1) IO. WILHELMVS IYTERVS de feudis Imperii.
- 2) De feudis Fuldenfibus commentatus est IO. FRIDERICVS SCHANNATVS. Consuetudines feudales Ducatus Geldriae, et Comitatus Zutphaniae FRIDERICVS A SANDE, Cluicenses IO. FRIDERICVS RHETIYS illustrauere. CORNELIUS NEOSTADIYS scripsit de feudi Hollandici, et Frisici Occidentalis, natura.

§. XIII. Nec desunt subsidia, quae ab exterit ICTis, ad explicandam communem feudo-

IVR  
feudorum na  
iocruines pa  
Gallis, 1A  
TOMANNV  
etiam de Iur  
merici sunt.  
re, consuecu  
ALTESERRA  
GNIVS<sup>1</sup>, BR  
GERMANVS  
De feudis A  
MANNVS, S  
et THOMAS  
commentario

1) DENYS de  
Et autres de  
Grenoble, 166

2) Nouvel Exam  
France, par M


3) Institutiones feud  
Materiam feud  
TOINE CYY

feudorum naturam, et illustrandas con-  
 ductudines patrias, conduci possint. Ex  
 Gallis, IAC. CUIACIVS, FRANC. HO-  
 TOMANNVS, et FRANC. DVARENVS,  
 etiam de iure feudali communi egregie  
 meriti sunt. Proprias Galliae, in feudali  
 re, consuetudines, exposuere DADINVS  
 ALTESERRA, DIONYSIVS SALVA-  
 GNIVS<sup>1</sup>, BRVSSSELIVS<sup>2</sup>, et nouissime  
 GERMANVS ANTONIVS GUYOTVS<sup>3</sup>.  
 De feudis Angliae HENRICVS SPEL-  
 MANNVS, Scotiae ARTHVRVS DVKIVS,  
 et THOMAS CRAGIVS, eruditissimos  
 commentarios reliquere.

1) DENYS, de SALVAING, de l'usage des Fiefs  
 & autres droits Seigneuriaux, dans le Dauphiné.  
 Grenoble, 1668. f. recu. ibid. 1735.

2) Nouvel Examen de l'Usage General des Fiefs en  
 France, par Mr. BRVSSSEL. Paris, 1727. 4.

3) Institutes feudales: item Dissertations sur plusieurs  
 Matieres feudales &c. par Mr. GERMAIN AN-  
 TOINE GUYOT. Par.



\*\*\*\*\*

CAP. I.  
DE ORTV ET PRO-  
GRESSV FEVDORVM,  
ET IVRIS FEVDALIS.

*Origo feudorum, utrum a Romanorum beneficiis, aut fundis  
militaribus? 1. aut militiis? 2.*

*Probabilius deducitur a moribus Germanorum. 3.*

*Antiquissima rei feudalis, apud Germanicos populos, vesti-  
gia. 4. 5. Inprimis apud Francos; 6. et Longo-  
bardos 7.*

*Incrementa eius disciplinae sub Carolo M. 8.*

*Quanda, in Germania ipsa, formam suam acceperint feuda  
immediata? 9 et mediata? 10.*

*Progressus feudorum sub sequentibus Imperatoribus. 11.*

*Cur tantopere olim inuauerit feudorum usus? 12. 13.*

*De ortu Iuris Feudalis 14.*

*De primis eius Scriptoribus, Oberto de Orto, et Gerardo  
Nigro 15.*

*De Compilatione Iuris Feudalis sub Friderico I. 16.*

*Quando in Corpus Iuris recepta? 17.*

*De Iure Feudali Saxonico et Alemannico 18.*

*De Vsu Iuris Feudalis Longobardici, etiam in Germa-  
nia. 19.*

§. I.

**V**t in limine operis, pauca de ortu et  
progressu feudorum, atque adeo di-  
sciplinae feudalis, delibemus, vel ipsae tam  
diuersae virorum doctorum opiniones  
postu-

FEVDORVM  
postulant,  
rum insti-  
dem a bene-  
passim, apu-  
tio<sup>1</sup>, alii a  
bus colend-  
bant; Sed  
aliquid feud-  
sunt tamen  
et dominium

1) De benefi-  
1. 55. A  
si prae-  
tibus pa-  
judae ca-  
quidem ad  
Traianum.  
re, prae-  
firmas nec-  
rius svt  
IX. cap. 9.

2) L. A. M. P.  
cap. 58.  
tamis duc-  
tam ita  
hic compo-  
rentis en-  
derunt.  
nos, ut  
incipiam h-  
deferentium

postulant. Namque sunt, qui a Romanorum institutis feuda repetant: et alii quidem a beneficiis, et beneficiariis, quorum passim, apud veteres Scriptores, fit mentio<sup>1</sup>, alii a fundis limitaneis, quos milicibus colendos Imperatores concedere solebant<sup>2</sup>. Sed quamuis illa instituta simile aliquid feudo habuisse videri possint: desunt tamen essentialia attributa, fidelitas, et dominium vtile.

1) De beneficiariis IVL. CAESAR, Bell. Gallie.

L. 55. *Armat (Petreius) familiam. Cum hac, et praetoria cohorte cetratorum, barbarisque equitibus pauci, beneficiariis suis, quos suae custodiae causa habere consueverat, improuiso ad vallum aduolat.* FLINIUS Lib. X. ep. 36. ad Traianum. *Maximus, procurator tuus, domine, praeter decem beneficiarios, sibi quoque confirmat necessarios esse milites.* Plura de beneficiariis BULLINGERVS, de Imp. Romano, Lib. IX. cap. 94.

2) LAMPRIDIUS in vita Alexandri Seueri, cap. 58. *Sola, quae de bestibus capta sunt limitaneis ducibus, et militibus donauit, ita ut eorum ita essent, si heredes illorum militarent, nec unquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent. Adidit sane his et animalia, et seruos, ut possent colere, quod acciperent, nec per inopiam hominum, vel per senectutem possidentium, desererentur rura, vicina, barbariae.* Add. VO-

PISCVS in vita Aurelii Probi, cap. 16. Tam CASAVBONVS in notis ad h. l. speciem feudorum in eo deprehendisse sibi visus est. Eum sequitur IAC. GOTHOFREDVS ad Tit. Cod. Theod. de terris limitansis.

§. II. Alii ex militiis Romanorum, quarum L. 3. D. §. 7. de minor. et aliis passim in legibus, mentio fit, deriuare feuda maluerunt\*. Sed illae genus fuerunt munerum publicorum, quae pretio comparari, imo legari, poterant, L. 102. §. 2. D. de Legat. III. adeoque ab indole feudorum diuersae.

\* Ex hisce militiis Romanorum, HALOANDER originem feudorum deducit. Quem refellit LAE- LIUS TAVRELLVS in libro, de militiis ex casis, in Thesaurio Iuris, T. IV. p. 1631.

§. III. Probabilius ergo visum, quum, apud Germanicae originis populos, feuda praecipue effloruerint<sup>1</sup>, et iam in antiquitate Germanorum eius disciplinae vestigia occurrant<sup>2</sup>, ab iisdem quoque ipsam originem feudorum deducere<sup>3</sup>.

1) HUGO GROTIVS de Iure B. & P. Lib. I. c. 3. §. 23. Contractus feudalis proprius Germanicarum gentium, neque usquam inuenitur, nisi ubi Germani sedes posuerunt.

2) Conf. Geschichte der Deutschen, XVI, 39.

3) Eru.

3) Erudice b  
ta, ortu  
ris de h

§. IV. S  
moraneur  
cundari in  
cus, Princ  
fere Iulius C  
tibus, et in

1) De motib  
inter comit  
comitatus  
Maguar  
apud Princ  
rim et per  
vix, magis  
dari, in p  
lum in p  
que ciuitate  
vortate com  
nitas, et m  
facta h  
§e princeps  
princeps non

2) De Bello  
est vltus, a  
Caesaris a  
libat, uti  
propalarent  
vorum ut q  
ita plurimos



- 3) Erudite hunc feudorum, ex antiquitate Germani-  
ca, ortum, profecutus est nupet AVCTOR Ope-  
ris de Ingenio Legum, Lib. 30.

§. IV. Scilicet iam apud Tacitum me-  
morantur comites illi, quorum globo cir-  
cundari, in bello praesidium, in pace de-  
cus, Principibus habebatur<sup>1</sup>. Qualia  
fere Iulius Caesar et de Gallorum<sup>2</sup> equi-  
tibus, et inprimis de Solduriis<sup>3</sup>, tradit.

- 1) De moribus Cermanorum, cap. 13. *Nec rubor  
inter comites adspici. Gradus quim etiam et ipse  
comitatus habet, iudicio eius, quem sectantur.  
Magnaque et comitum aemulatio, quibus primus  
apud Principem suum locus, et Principum, cui plu-  
rimi et acerrimi comites Haec dignitas, hae vi-  
res, magno semper electorum iuvenum globo circum-  
dari, in pace decus, in bello praesidium. Nec so-  
lum in sua gente cuique sed apud finitimas quo-  
que ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac  
virtute comitatus emineat. Expetuntur enim legatio-  
nibus, et muneribus ornantur, et ipsa plerumque  
fama bella profligant. Cum ventum in aciem, tur-  
pe principi virtute vinci, turpe comitatui, virtutem  
principis non adaequare.*

- 2) De Bello Gallico, Lib. VI. cap. 15. *Hi, quum  
est usus, atque aliquod bellum incidit, (quod ante  
Caesaris aduentum fere quotannis accidere so-  
lebat, uti aut ipsi iniurias inferrent, aut inlatas  
propulsarent) omnes in bello versantur; atque  
eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus,  
ita plurimos circum se ambactos, clientesque ha-  
bent.*

bent. Hanc unam gratiam potentiamque no-  
verunt.

- 3) IDEM Lib. III. cap 22. deictos, siue Soldurios, commemorat: Quorum haec est conditio, vti omnibus in vita commodis, vna cum his fruantur, quorum se amicitiae dederint: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum vna ferant, aut sibi mortem consciscant, neque adhuc hominum memoria reperi- tus est quisquam, qui, eo interfecto, cuius se amicitiae deuouisset, mori recusaret. Atque inde ab his Solduriis feudorum originem repetit FRANC. CON- NANS, Iur. Civ. Lib. II, c. 9. n. 6.

§. V. In his vti vassorum aliquam spe-  
ciem agnoscas: ita feudorum ipsorummet  
clariora vestigia occurrunt, vbi liberalita-  
tis materiam habuere principes. Ex quo  
enim Germanici populi, in Romanorum  
prouinciis, regna condiderant, agri, pro-  
vincialibus adempti, inter milites distributi  
sunt, sub onere militandi. Tales erant  
fortes Vandalicae<sup>1</sup>, Burgundicae<sup>2</sup>, et ipsae,  
apud Francos<sup>3</sup>, terrae Salicae<sup>4</sup>.

1) Vid. Geschichte der Teutschen, IX. 19.

2) Ibid. T. II. Ann. p. 11.

3) Ibid. XVI. 39.

4) Male sortes haec, et terras Salicas, pro feudis ha-  
bet LVDEVVIGIVS de Iure clientelari, p. 13.  
not. 9. Praedia eiusmodi iure hereditatio tene-  
bantur, vti de sortibus Burgundicis in specie ob-  
serua-

seruatum,  
II. Ann.

§. VI.

bus, quor  
bantur, l  
concedeba  
et fidelium,  
Francos, l  
pis Regibu  
ta, apud a  
guerunt, i  
ex quo re  
re: et ap  
nia<sup>2</sup>. Inte  
in Hispani  
vestigia rep

1) Conf. (E)

2) Fuite, c  
glia intro  
Conquellot  
SONIVS  
iure feud  
habuille  
et homin  
ta feudali  
onertum fe

3) Vid. Ge  
p. 168.

servatum, in deli Geschichten der Deutschen, T. II. Ann. p. 11. et 12.

§. VI. Praeterea Principes viris fortibus, quorum operam vtilem experiebantur, bona quaedam vrenda fruenda concedebant, vnde non modo *vassorum*, et *fidelium*, sed *beneficiorum* etiam, apud Francos, mentio, iam sub primae stirpis Regibus, habetur<sup>1</sup>. Eadem instituta, apud alios populos Germanicos vigerunt, inprimis apud Longobardos, ex quo regnum illi in Italia condidere: et apud Anglo-Saxones in Britannia<sup>2</sup>. Inter Visigothos quoque, quum in Hispania regnum tenerent, illorum vestigia reperiuntur<sup>3</sup>.

1) Conf. Geschichte der Deutschen, Lib. XVI, 39.

2) Fuere, qui contenderent, fenda demum in Anglia introducta per Normannos, sub Wilhelmo Conquestore. Sed hos refellit GUIL. NICOLSONIVS, Episcopus Derrensis, in Epistola, de iure feudali veterum Saxonum, in qua ostendit, habuisse Anglos omnino beneficia sua, et vassos, et hominum; sed a Normannis deinde exasperata feudalia instituta, intuitu releuii, aliorum que onerum feudaliū.

3) Vid. Geschichte der Deutschen, T. II, Ann. 26. p. 168.

16 CAP. I. DE ORTV ET PROGRESSV

§. VII. In legibus certe Longobardorum, antiquioribus Francorum imperio, *beneficia*, itemque *fideles Regis*, occurrunt<sup>1</sup>. Atque adeo frustra quaeritur, *utrum a Francis<sup>2</sup>, aut Longobardis<sup>3</sup>, primum inuenta feuda?*

1) Ita Lib. III. §. Leg. 1. *Quincunq; suum BENEFICIUM occasione proprii desertum habuerit, et infra annum, postquam comes, vel missus noster, notum factum habuerit, illud emendatum non habuerit, ipsum BENEFICIUM amittat* Fideles nominantur in Lege Luitprandi Regis. Lib. II. Tit. 26. l. 1. *Si quis pro causa sua aliquid iudici, vel ad qualemcunq; loci praepositum, vel FIDELIEM Regis dederit. IBID. T. 25. l. 1. Si enim quicumq; liber homo, in seruitio DE GASINDIO REGIS, aut de eius FIDELIBVS, introierit.*

2) Quod voluit THOMASIVS in Originibus feudilibus, §. 12.

3) A Longobardis plerique originem feudorum repertunt. Vid. Geschichte der Deutschen, XVI. 24. COM. GABRIEL VERRVS, in eximio Opusculo *Ortu et Progressu Iuris Mediolanensis*, p. 61. ad Autharim Regem maxime feudorum instituta refert.

§. VIII. Sed feudorum vsus aequè per Italiam, quam per Germaniam, Galliamque, magis magisque inualuit, ex quo Carolus M. Francorum Rex, Italiae Regno, et Imperio Romano, potitus fuit,

§. IX.

FEVDORVM

§. IX. Per quamvis originum morum certamen accepisse a Rege tenentur occurrunt<sup>2</sup>, Angis<sup>3</sup>.

1) Neque tamen vis fuerunt feudum BERTIS D... cum in Frisia sua reprobata fuit, a d... rem partem sui fructus de Frisia p... peratur.

2) Vid. pluribus ingenio Legum

3) 10. GABRIELII origine morum. Neque dicitur, qui impetit ad f... in Commentariis 578. et lq.

§. X. Aequè etiam, Comitibus suos<sup>2</sup>, ite

§. IX. Per Germaniam ipsam feuda, quamuis origo, ex antiquissimis Germanorum moribus, deriuetur, formam tamen certam sub Francis demum videntur accepisse <sup>1</sup>. Feuda, quae immediate a Rege tenerentur, iam sub Merouingis occurrunt <sup>2</sup>, et frequentius sub Carolingis <sup>3</sup>.

- 1) Neque tamen, apud omnes Germaniae gentes, in vsu fuerunt feuda. Certe Frisi ea ignorarunt. HUBERTVS Digress. Lib. II. c. 7. Saxoniae Duces, cum in Frisia rerum potirentur, persuadere conati sunt nostratibus, ut praedia sua tanquam feuda vassalli, a ducibus agnoscerent. Sed hactenus libertatem gentis aduersam habuere, quae adeo a feudali- bus seruitiis abhorrebat, ut unum duntaxat in tota Frisia feudum, ab ipsis Saxonibus fundatum, reperiatur.
- 2) Vid. pluribus hoc ostendentem Auctorem Op. de Ingenio Legum, Lib. 31. cap. 7. 8. 23.
- 3) IO. GABRIEL VVOLFIVS de feudorum Imperii origine atque indole sub primis Francorum Regibus. Neque adeo LVDEVVIGIVS quenquam morabitur, qui, sub Friderico I. demum, Principatus Imperii ad feudorum formam redactus, contendit, in Commentario ad Auream Bullam, T. II. p. 978. et sq.

§. X. Aequè antiquum est <sup>1</sup>, ut Duces etiam, Comites, Dynastae, haberent vassallos suos <sup>2</sup>, itemque ministeriales, qui et

B

ipsi,

18 CAP. I. DE ORTV ET PROGRESSV

ipsi, successu temporis, feudali iure frui coeperunt <sup>3</sup>.

- 1) Conf. Geschichte der Deutschen, P. II. Anm. p. 99.
- 2) Ita in lege Boioariorum Tit. 3. *Sive Regis vassi, siue Ducis.*
- 3) Vid. COMMENT. DE REE. IMPERII sub Henrico V. Lib. III. §. 55.

§. XI. Maiora incrementa res feudalis sub Ottone M. <sup>1</sup>, et sequentibus Imperatoribus Saxonicae stirpis <sup>2</sup>, habuit. Conradus Salicus, eiusque Successores, etiam legibus eam ordinarunt, quas infra indicabimus.

- 1) Vid. SIGONIUS de Regn. Italiae, Lib. VII. P. 442.
- 2) Sufficit hic exempla quaedam ex Historia Im. Henrici II. notasse. Ita de eo DITMARVS pag. 168. *Francorum et Muselensium Primatus, REGI MANVS TVNC APPLICANS, gratiam eiusdem meruit* IDEM d: expeditione Regis, aduersus Henricum Suifurtemsem, pag. 173. *Rex, denastata omni Comitibus proprietate, et CVM BENEFICIO late diuisa, ad Bamberg venit* IDEM Ducatu Bavariae, Henrico Luemburgio dato, pag. 176. *Inde per Thuringiae orientalisque fines Franciae transiens, ad Ratisbonam venit, ibique regali habito placito, MILITI suimet, generoque,*

FEVDORV

roque, H  
landae pr  
G N I E  
pag. 197  
lai flini  
gis M I  
sacramen  
gna rem  
dictator.

§. XII. C  
aliquando  
ria fuerunt  
turis fuit,  
da. Nec  
bellicosos  
rar, quan  
faceret, I  
nobiles, p  
vassalli, de  
Curia, in  
bant. Incr  
oblatorum  
dia sua re  
rem ita Pa  
nique offi  
strandae,  
feudum,  
vt procura

roque, Henrico XII. Kal April. cum omnium laudae praesentium, CVM QVE HASTA SIGNIFERA, Ducatum reddit. IDEM pag. 397. de Micislao Polono: Misco, Bolislai filius, cum magnis veniens muneribus, Regis MILES EFFICITVR, et fidem cum sacramento firmat. Dehinc cum honore magno remittitur, et, ut iterum veniret, delectatur.

§. XII. Causae, ob quas tantopere aliquando inualuit feudorum vsus, varia fuerunt. Praecipua in militiae institutis fuit, quum pro stipendio essent feuda. Nec alia conditione facilius, inter bellicosos Principes, pax procurari poterat, quam si victus victoris se militem faceret. Nam et dominis honori erat, nobiles, potentesque habere vasallos: et vasalli, defuncti militia, aut obsequio in Curia, in certis statum suum retinebant. Incredibilis est numerus feudorum oblatorum, prouti Ecclesiis offerre praedia sua religio impelleret, aut potentiorum ita Patronum parare placeret. Denique officia tam Curiae, quam administrandae Reipublicae, conuersa sunt in feudum, et qui rem domini ante egerant, ut procuratores, quiue seruierant, ut mi-

nisteriales, successu temporis, officia sua, praedia, et reditus, sub formula feudi, tenuerunt.

§. XIII. Ceterum mutato, per varias vicissitudines, publico Imperii statu, res quoque feudalis, aliqua ex parte, mutata est. Inprimis ex quo successio inualuit in feudis, & Statuum Imperii potestas in territoriis, publicis legibus confirmata fuit.

§. XIV. Feudorum disciplina diu solo vsu, iudicioque Curiae, stetit, ut tamen et responsa prudentum valerent <sup>1</sup>. Vbi deinde Imperatores, Conradus Salicus <sup>2</sup>, Lotharius II <sup>3</sup>, Friedericus I <sup>4</sup>, leges de feudis tulerunt <sup>5</sup>, certiozem iam formam iura illorum acceperunt <sup>6</sup>.

1) Iam sub Lothario II. in conventu Roncaliensi, fit mentio *iudicum*, qui adfuerunt. In Constitutione Friderici I. laudatur *Consilium Iudicum Palatinorum*, II. F. 55. Saepius etiam, in textu feudorum, ad *responsa sapientum* promocatur. Ita II. F. 27. c. *si quis 2.* iureconsultorum Placentinorum, Mediolanensium, et Cremonensium, diuersa responsa, et diuersae Curiarum obsequantiae, recensentur. *Pisao sapientes* nominantur I. Feud. 19. c. *si quis ex mil.*

2) De

1) De Lege  
Lib. V. c. 1.  
vit. r. n.  
origine Imp.  
integra est  
medii seculi

3) Deae ex  
constitutione  
Friederici I.  
fens aliena  
TAB. D. A.  
not. 1.

4) De Legibus  
Roncalientium  
Lib. II. ca.  
quod, apud  
expressum  
rum iustitiam  
promulgavit.

5) Intererat  
mulgatae a  
niae quam  
niae Procerum  
iudicatos fu  
Friderici I.  
tat. OTTO  
L. II. cap.

6) Vid. con  
sub Henrico



FEVDORVM, ET IVRIS FEVDALIS. 21

- 2) De Lege Conradi Salici vid. COMMENTAR. Lib. V. §. 18. not. 7. Notulis eam suis illustravit FRANC. GVILIMANNVS in lib. *de vera origine Imperatoris Conradi Salici*. Constitutio ipsa integra edita est a MYRATORIO T. I. Antiquit. medii aevi, p. 609.
- 3) Duae exstant Lotharii II. imprimis memorabiles constitutiones: altera *de successonibus et culpis Vassallorum*, I. F. 19. et seq. altera *de prohibita feudi alienatione*, II. F. 52. Conf. COMMENTAR. DE REBUS LOTHARII IMP. Annot. 5.
- 4) De Legibus feudalibus, a Friderico I. in Curia Roncaliensi, Anno 1158. latis, RADEVICVS Lib. II. cap. 7. *Ad ultimum de feudorum iure, quod, apud Latinos, scripto nondum sufficienter expressum fuerat, et paene omnes eam beneficiorum iustitiam in iniustitiam converterens, leges promulgavit.*
- 5) Intererant Curia, in quibus leges illae promulgatae ab Imperatoribus fuere, tam Germaniae quam Italiae Principes. Et omnino Germaniae Proceres, aeque ac Italos, ex his legibus indicatos fuisse, apparet ex iis, quae de Curia Friderici I. in Roncaliis, an. 1154. habita, narrat OTTO FRISINGENSIS *de Gestis Friderici*, L. II. cap. 12.
- 6) Vid. COMMENTAR. de REBUS IMPERII sub Henrico V. Lib. 3. §. 54.

§. XV. Primi autem in Italia, tempore Friderici I. commentari aliquid de feud.

22 CAP. I. DE ORTV ET PROGRESSV

feudali iure aggressi sunt, insignes illo  
 aevo Iureconsulti duo \*, OBERTVS de  
 ORTO seu HORTO, et GERARDVS  
 CAPAGISTVS, cognomine NIGER,  
 Consules Mediolanenses.

\* OTTO FRISINGENSIS de rebus gestis  
 Friderici I. Lib. II. cap. 17. *Adierant Cumanorum, seu Laudensium Consules, de Mediolanensium superbia facientes querimoniam, praesentibus DVOBVS COSS. eiusdem Ciuitatis, OBERTO DE ORTO et GERARDO NIGRO. Apud VGELLVM T. V. pag. 788. in vetere charta, inter Iudices Mediolanenses, nominantur OBERTVS, qui dicitur de ORTO, et GERARDVS, qui dicitur CAPAGESTO. IBIDEM p. 793. extat laudum, quod OBERTVS de ORTO, arbiter electus inter Commune Ferrate, et Commune Veronae, in controuersia de Castro Ostiliae, pronuntiauit, anno 1151. Plura de eo ARGELATVS in Biblioth. Mediolanensib. T. I. Part. alter. num. 903.*

§. XVI. Sub eiusdem Friderici imperio, ex constitutionibus Principum, et laudatis Oberti de Orto<sup>1</sup>, et Gerardi Nigri<sup>2</sup>, scriptis, nec non aliorum responsis prudentum, syntagma aliquod iuris feudalis adornatum est. Illud Bononiam, in qua vrbe mirifice florebant iuris studia, missum ab Imperatore, publice explicuit Hugo,

FEVDOR

Hugo, siu  
 noniensis,  
 consultis,  
 in graui  
 est.

1) OBERTVS  
 c. g. II. I.

2) Ad GERARDVS  
 II. F. 34.

3) Consuetudines  
 ROMANORVM  
 consuetudines  
 reu.,  
 Bononiensis  
 Amisoy,  
 Part. II.  
 DORVM  
 BARDO  
 in nostro

4) De eo  
 an. 1168  
 Hugolinus  
 10. F. 1  
 iure Clu  
 scribo:  
 BLANC  
 ROTTE  
 aulorum  
 ex ijs  
 quandoque

Hugo, siue Hugolinus, Antecessor Bononiensis: vnus ex quatuor illis Iureconsultis, quorum consilio Imperator, in grauissimis Regni Italici causis, vtius est.

1) OBERTI frequens in libris feudorum mentio fit, c. g. II. F. 1. et 23.

2) Ad GERARDI responsa saepe prouocatur, c. g. II. F. 34. §. 1. et II. F. 36.

3) Conferri meretur erudita Dn. GE. LVDOVICI ROSHMERI Dissertatio, de aetate collectionis consuetudinum feudaliu. Adducit ille, in hanc rem, locum ex antiquo Calendario Academiae Bononiensis, vbi, mense Octobri, notatum est: *Anniversarium funeris insigniss. D. Hugolini de Porta Rauennate, Iurisconsulti, et LIBRI FEVDORVM, Bononiam a FRIDERICO I. AENOBARBO Caesare missi, Glossatoris: ac publici legum, in nostro Archigymnasio interpretis cet.*

4) De eo PANZIROLLVS Lib. II. c. 17. Obiit an. 1168. Ex scriptis eius nihil aetatem tulit. Hugolinum tamen citat, quasi assiduo legisset, IO. PETRVS LVDEVVIGVS, in Libr. de Iure Clientelari Germanorum, p. 4. not. c. Vero scribo: ex HUGOLINO, PILEO, ARDIZONE, BLANCHO, BELLVSIO, ISERNIA, ALVAROTTO, aliisque duodecimo, et sequentium seculorum interpretibus, plus lucis me accepisse, quam ex ipsis OBERTI, et GERARDI, nugacissimis quandoque lacinis.

§. XVII. Sub Friderico II. Ius hoc Feudorum in duos distributum libros, Corpori Iuris Ciuilibus, sub titulo Collationis X. adiectum est. Qua in re, praecipue consilium et opera alius Hugolini, cognomine de Presbyteris, qui tum, in Bononiensi schola, celebri fama fuit, laudatur. Ita libri feudorum<sup>2</sup>, vna cum Corpore Iuris Ciuilibus, frequentius iam in Cathedram Academicam, vsunque Curiae et fori, venerunt. Quae vero, libro II. post titulum 59. de *notis feudorum*, sequuntur capitula, vocantur *extraordinaria*, nec eiusdem sunt, cum antecedentibus, auctoritatis.

- 1) Insigne, hanc in rem, est testimonium ODO-FREDI, Icti Bononiensis, qui saeculo XIII floruit, ad AVTH. Cassa C. de SS. Ecclesiis: *Vt unum sciatis, Authenticum, quod fuit compositum a Iustiniano, habet IX collationes. Postea quando venit Imperator Fridericus iunior, misit has Constitutiones, ad ciuitatem istam, Doctores legum, ut aptarent eas singulis legibus, sub congruentibus titulis, et ita fecerunt Doctores, dum conuenerunt in S. Petro: quia istam adaptauerunt ad legem istam. Postea quid fecerunt? Dominus Hugolinus, post novam collationem, posuit librum feudalem, et omnes Constitutiones Frederici antiqui, et iunioris, et aliquas leges Conradi Imperatoris, et vocatur X. collatio. Sed pauci sunt, qui habeant ita ordinate in libris suis.*

2) In concilio  
Feudalis  
bros V.  
reperit.  
tus illa di

§. XVII  
proprias co  
redactas.  
Ius Feudale  
cum, siue  
Anonymi, in  
ficiis\*. Pr  
capita haud  
constituta  
desunt lege  
respicere, in  
venit.

\* Editus pri  
DVAREN  
dorum,  
CHRIST  
dibus.

§. XIX.  
Longobard  
communis  
rii, quam p  
tum, Sec

2) In concinniorem ordinem redigere textum Iuris Feudalis tentavit IAC CVIACIVS, atque in libros V. digessit, quicquid legum, eo pertinentium, reperit. Sed vsu tam Academiae, quam fori, vetus illa distributio praevaluit.

§. XVIII. Habent quoque Germani proprias consuetudines, easque in literas redactas. Eiusmodi compilationes sunt Ius Feudale Saxonicum, item Alemannicum, siue Suevicum, nec non veteris Anonymi, incertae aetatis, liber de beneficiis\*. Praeterea vti de feudis Imperii capita haud pauca, ipsis legibus publicis, constituta sunt; ita nec Curiis Statuum desunt leges, et obseruantiae suae, ad quas respicere, in controuersis feudalibus, conuenit.

\* Editus primum ab HAVICHORSTIO, cum DVARENI Commentario, in consuetudines feudorum, Coloniae 1570. in 8: iterum, a CHRISTIANO THOMASIO in *Selectis feudalibus*.

§. XIX. Receptum tamen Ius Feudale Longobardicum, tanquam pars Iuris communis, tam in tribunalibus Imperii, quam passim in Curiis feudalibus Statuum. Sed in subsidium tantum, vbi ex

ipsius tabulis inuestiturae, aut consuetudine Curiae, vel prouinciae, res expediri non potest. Itaque fundatam habet intentionem, qui eo nititur. Admittitur tamen probatio, quum alter contendit, non quadrare legem ad mores Germaniae, aut sigillatim caput, quod ex textu feudorum adducitur, receptum non esse. \*

\* Hic iam conferri possunt, et expendi, quae aduersus usum iuris huius, in medium protulere IUSTVS CHRIST. VILLERDING in diss. de incongrua adplicatione Iuris Longobardici ad feuda Germaniae. AVGVSTINVS de BALTHASAR in disquisitione de incongrua Iuris Feudalis Longobardici ad feuda Germaniae adplicatione. GEBHARD. CHRISTIANVS BASTINELLER in diss. de praesudicio Principum ex abusu Iuris Feudalis Longobardici. Quae scripta exhibet DN. GOTTLIB AVGVST IENIGHEN in *Thesauro Iuris Feudalis*, T. I. cap. 3.



\*\*\*\*\*

DE N

ST

Viri possunt

Allatis et

Feudis vocantur

Viri eius

Definitio fe

fiantalis

Cognatae

Viri differ

A bonis

A bonis

Viri differ

A bonis

villorum

De bonis

De bonis

Varietas c

Imitatio

mobilia

Vt nat  
respic  
fos modos  
cet vel ha  
no, aut alic

\*\*\*\*\*

CAP. II.

DE NATURA ET CON-  
STITVTIONE FEVDI.

Varii possessionum modi 1.

Allodii et feudi diuersitas. 2. sq.

Feudi vocabulum unde? 4.

Varii eius significatus. 5.

Definitio feudi, 6. eiusque attributa varia, 7. sub-  
stantialia, 8. naturalia, 9. accidentalia. 10.

Cognatae feudi species. 11.

Vti differat feudum ab emphyteusi? 12.

A bonis libellariis? 13.

A bonis consiticis? 14.

Vti differat ab usufructu? ubi de bonis vitalitiis. 15.

A bonis locati conducti? ubi de bonis colonorum, sive  
villicorum 16.

De bonis Lessorum, Laß & Pächter. 17.

De bonis manus mortuae, Curmedicis, etc. 18.

Varietas consuetudinum, in bonis eiusmodi. 19.

Imitatio feudorum, intuitu inuestituras omnium im-  
mobilium, in Saxonia. 20.

§. I.

Vt naturam feudi recte intelligamus,  
respici ante omnia debet, ad diuer-  
sos modos, quibus res possidentur. Scili-  
cet vel habemus bona nostra dominio ple-  
no, aut aliqua parte imminuto; vel iure  
vfus-

vsufructus, vel precario, vel ex contractu.

§. II. Quae in dominio penitus sunt, vocantur Allodium <sup>1</sup>. Idque discrimen, in Germania, non modo in priuatorum fortunis, sed etiam in bonis Principum, et Statuum Imperii, locum habet <sup>2</sup>.

1) De origine vocis *Allodae*, siue Allodii, conf. FRANC. HODOMANNVS in *Comment. de verbis feudilibus*. Sed ipse fatetur, omnem hanc disputationem in diuinatione esse positam. Quae Germanicam censent, contractam putant ex *Athakod*, quod autem bonum significet.

2) De antiquitate allodii in Gallis, Comes de BOLAIVILLERS, in *Hist. veteris Franciae regiminis* p. 44. Inter ipsos scriptores Gallicos de allodio percipuus est MARCVS ANTONIVS DOMINICVS, de praerogatiua allodiorum in prouinciis, quae iure scripto reguntur, Nardonens. et Aquitanica, Parisiis 1045. Recudi hoc scriptum curauit IO. SCHILTERVS in append. Codicem iuris Feudalis Alemannici.

§. III. Bonorum autem, quae non pleno dominio possidentur \*, nobilissima species est feudum.

\* PVEENDORFIVS, de *Iure Naturae et Gentium* Lib. IV. cap. 8. enumerat diuersas species eiusmodi possessionum. Sed omisit feudum: vii iam HEROTIVS in notis obseruauit. Quare merito illum locum supplicuit BARBEYRACVS,

§. IV.

ET CON

§. IV. Feudum tolli potest, sed non seruitur. Alii beneficia cohereditariis, a men accepere. ei originem mania, teudu

1) Conf. Doct. maxum quer primum in l. i. Feudal. vltima ias quae addu. Lib. V. §.

2) II. F. 3. 2. cam a fidelit

3) In diuersa tur. Alii Alii compo bonum dico

4) A voce Lib. dam signifi dare, conti

§. V. Feudum disciplina, vnorat rem i porro conti



§. IV. Feuda antiquitus *beneficia* appellari solebant. Vox ipsa feudi: siue feodi, serius occurrit<sup>1</sup>, estque dubiae originis. Alii a fide dictam putant<sup>2</sup>, quod beneficia conceduntur sub lege fidei, seu fidelitatis, a qua et Vasalli ipsi fidelium nomen acceperunt. Alii quidem Germanicam ei originem adsignant<sup>3</sup>. Sed in ipsa Germania, feudum dicitur *Lehn*<sup>4</sup>.

1) Conf. Dn. 10. HEYMANNI *Explicatio diplomatum quorundam antiquorum, quae feudi vocis primam notionem facere perhibentur*, in Thesuro Jur. Feudal. P. I. p. 569. Certe Conradi III. aeno vltima iam fuit vox feodi, vti probant exempla, quae adduxi in COMMENTAR. de Rebus ipsius, Lib. V. §. 29. not. 13.

2) H. F. 3. *Nulla inuestitura ei fiat, qui fidem recusat, cum a fidelitate feudum dicatur, vel a fide.*

3) In diuersa abeunt, qui Germanicas origines sectantur. Aliis a *Fe*, bonum, dici *feodum* visum est. Alii compositum malunt a *Fe*, et *Od*, quasi militare bonum dicas: alii a voce *Fäden*, alere,

4) A voce *Lehen*, *leyhen*, *leknen*, cuius latissima quondam significatio fuit, vt aequè largiri, ac mutuo dare, commodare, denotare.

§. V. Feudi vocabulum triplici, in hac disciplina, venit significatu. Quippe denotat rem ipsam in feudum concessam: porro contractum, per quem feudum

constituitur: et denique ipsum ius, ac dominium feudale, quod ex illo contractu acquiritur.

§. VI. Si primum illum, et praecipuum, significatum spectes, feudum est res, in dominium vtile concessa, sub lege fidelitatis\*.

\* Varias definitiones feudi propositae sunt a Iureconsultis, prouti ad diuersum feudi significatum respexere. VLRIC. ZASII definitio, *Feudum est beneficium, siue beneuola et libera rei immobilis, aut aequipollentis, concessio, cum vtilis domini translatione, retenta proprietate, seu dominio directo, sub fidelitate, et exhibitione seruitiorum honestorum magis ad secundam feudi notionem pertinet, quam ad primam illam, et praecipuam, quam hoc loco sequimur.* CUIACIUS Lib. I. Feud pag. 10. ita definit: *Feudum est ius in praedio alieno, in perpetuum utendi fruendi; quod pro beneficio Dominus dat, ea lege, ut qui accipit, sibi fidem, et militiae munus, aliudue seruitium exhibeat.* Sed haec definitio magis ad tertium significatum videtur quadrare.

§. VII. Forma feudi consistit in *dominio feudali, et fidelitate\**. Ceterum doctores, vt indolem feudorum melius explicarent, attributa illorum, in tres classes, dispescuerunt, nempe in Essentialia, siue Substantialia, in Naturalia, et Accidentalialia.

Quae

ET CON

Quae partit  
in discernen  
vsum habet

\* Non hic  
substitui  
sed fidelit  
pina req

§. VIII.

vocant, qu  
originaryam  
cipi animo  
num direct  
falli\*, et m

§. I. F. 27.  
curiae  
dam est.

§. IX. N

ex ipsa natu  
adeo in qua  
nec probet  
feudum co  
vassalus in  
praestet se  
que domin  
habeat, id  
transmittat.

Quae partitio vel ideo retinetur, quod, in discernendis diuersis feudi speciebus, vsum habet.

\* Non hic intelligitur fidelitas, qualem ciuis et subditi omnes debent Principi, et Reipublicae; sed fidelitas in specie, qualem feudorum disciplina requirit.

§. VIII. Essentialia, siue Substantialia vocant, quae pertinent ad ipsam formam originariam feudi, sine qua feudum concipi animo nequit. Talia sunt: Dominium directum, et vtile, fidelitas a parte vasalli\*, et mutui affectus a parte domini.

\* I. F. 27. in fin. *Feudum enim non praetextu pecuniae, sed amore et honore domini, acquirendum est.*

§. IX. Naturalia sunt qualitates, quae ex ipsa natura feudi sequi censentur, atque adeo in quauis specie praesumuntur, donec probetur contrarium<sup>1</sup>: nempe, vt feudum constituatur in re immobili<sup>2</sup>, vt vasallus iurato promittat fidelitatem, vt praestet seruitia, feudum non alienet absque domini consensu, feudum perpetuo habeat, idque ad descendentes masculos transmittat. Addunt nonnulli, vt determinen-

minentur seruitia: sed repugnante textu feudali.

- 1) Feudum, in quo reperiuntur haec attributa, vocatur proprium. Si quod absit, vel imminetur, feudum quidem manet, sed fit improprium.
- 2) Arg. II. F. 1. *Sciendum est autem, feudum siue beneficium non nisi in rebus soli, aut solo cohaerentibus, aut in iis, quae inter immobilia connumerantur, (veluti cum de camera et de caucna feudum datur) posse consistere.*
- 3) l. 1. 21. vbi dicitur: *Feudum dari vasallo ad hoc, ut ille, et sui heredes, fideliter domino seruiant, siue seruitium illud nominatum, quale esse debeat, sit expressum, siue indeterminate promissum.*

§. X. Accidentalibus sunt qualitates, consensu contrahentium adiectae, quibus natura feudi vel augetur, vel imminuitur\*, atque ab allegante probari debent, e. g. quando quaeritur: an sit feudum antiquum, aut nouum; datum, aut oblatum; ligium, aut non ligium.

\* II. F. 18. et 48. *Inuestiturae tenor derogat naturae feudi.*

§. XI. Vbi de natura atque attributis feudi constat, facile diiudicatur, quomodo differat ab aliis titulis possessionum, quae uti species cognatae, in doctrina feudorum, recenseri solent\*.

\* Sci-

ET CO

\* Scilicet, vt sunt: ita vt regionibus agris percipi

§. XII. T minus fundi proximum, vtque fundi emphyreutica Zins-Güthe

\* Haec species nem trahit, certam formam emphyreut.

§. XIII. L dicuntur, quod lam, siue scri vestigia iam in vellis. Formu lis pro certo p singulos, iur tamen, stato t nouationis p bonorum libris Feudor viguit contra nia non aeq

\* Scilicet, vt beneficia propter seruitium concessa sunt; ita vigerunt alia instituta, ad inducendum regionibus cultum, regendaque iura, et fructus ex agris percipiendos.

§. XII. Talis est emphyteusis, vbi dominus fundi sui fructum, et ius, dominio proximum, concedit alteri sub pensione, vtque fundum faciat meliorem\*. Bona emphyteutica Germanice vocantur **Erbzins** & **Güther**.

\* Haec species iuris, ex agris vectigalibus, originem trahit, et ab Imp. Zenone, et Iustiniano, ad certam formam redacta est. Cod. Tit. *de iure emphyteut.*

§. XIII. Libellariae, seu bona libellaria dicuntur, quod contractus ille, per libellum, siue scripturam, celebraretur. Eius vestigia iam in Codice exstant, et in Novellis. Formula eius est, quod res immobilis pro certo pretio, et pensione in annos singulos, iure hereditario conceditur, vt tamen, stato tempore, fiat renouatio, et renouationis pretium soluarur<sup>1</sup>. Libelli, et bonorum libelli, passim fit mentio in libris Feudorum<sup>2</sup>. Per Italiam maxime, vigit contractus libellarius<sup>3</sup>, in Germania non aequè vsitatus.

- 1) HORNIVS cap. 2. 18. Conf. BVRIVS ad SCHILTERVM p. 1098.
- 2) Ita II. F. 44. difertis distinguitur ius beneficii, *in iure proprio, aut iure libelli.*
- 3) Varias autem, per Italiae Ciuitates, in bonis libellariis, viguisse consuetudines, apparet ex ipsa PACE CONSTANTIAE §. 1. *Libellariae, et precariae, in suo statu permaneant, secundum consuetudines vniuscuiusque ciuitatis.*

§. XIV. Bona censitica \*, Zins-Güther, differunt a feudo, quod, in iis, possessori plenum dominium competit, sub censu annuo.

- 1) In iure Saxonico Electorali, diuersitas inter bona emphyteutica, et censitica, singulari Constitutione, explicata est. Constit. Elector. P. II. 39. *Erb- und schlechte Zins-Güther, wie sie zu distinguiren?*

§. XV. Differt etiam feudum ab vsufructu, cuius species sunt bona rustica, quorum, in partibus Sueviae, frequens vsus \*: in quibus vsufructus ad vitam tantum, plerumque sub censu, conceditur.

\* VVOLF. ADAMVS SCHORFFIVS *de bonis vitalis Sueviae, Germ. von Fall- und Schupf-Lehen.*

§. XVI.

ET CON

§. XVI. C  
inter affini  
indolem l  
bona colon  
dium, pro  
In German  
In Saxonia  
eiusmodi b  
nae?, Mepe

1) Antiquum  
MENTAR  
tatio II.

2) Dn. DA  
de iure v  
II. §. 11.  
sic locatio  
tatio iure,  
et annuatim  
fiet, atque  
tempore co  
dominio pe

3) Est etiam  
quae bona  
nummo l  
Schilling

§. XVII.  
sunt bona,

§. XVI. Quaedam ex illis bonis, quae inter affinia feudi enumerari solent, ad indolem locati conducti accedunt, vti bona colonaria, seu villicationes, vbi praedium, pro certa mercede, colono locatur. In Germania, passim vocatur *Landsiedelen*. In Saxonia inferiori, viget imprimis vsus eiusmodi bonorum, sub nomine *Maioriae*<sup>1</sup>, *Meyererey*<sup>2</sup>, *Meyerdings* & *Güther*<sup>3</sup>.

- 1) Antiquum vsum vocis *Maioriae* annotaui in *COMMENTAR. DE REBUS IMPERII* sub *Lothario II.* et *Conrado III.* Lib. V. §. 29. not. 13.
- 2) *DN. DAVID GEORGIUS STRUBIUS* in lib. *de iure villicorum*, vulgo vom *Meyerrecht*, cap. II. §. II. contractum villicalem describit, quod sit *locatio conductio*, qua colono praedium, *hereditario iure*, utendum fruendum conceditur, ea lege, ut *annuam*, et *uniformem mercedem*, vel *operas praestet*, atque *onera*, et *tributa*, fundo *imposita*: statoque tempore *contractum*, *soluta laudemio renouet*, pleno *dominio penes concedentem manente*.
- 3) Est etiam, in iisdem regionibus, vsus bonorum, quae bona solidorum, *Schillings* & *Güther*, quod nummo locata sint, vocantur, ut ipse contractus *Schillings* & *Hauer*.

§. XVII. Aliud locati conducti genus sunt bona, ad tempus indefinitum quon-

C 2

dam

dam locari solita, *Leas-Güter*, de quorum indole, in Saxonia, extat singularis Constitutio Electoris Augusti<sup>1</sup>. Alibi diuersa est vocabuli *Leas-Recht* significatio, vt speciem denoter bonorum coloniarum<sup>2</sup>, videturque descendere a *Lassis*, siue hominibus propriis, quos Domini, ea lege, manumiserant, vt agros tamen, sub certa pensione, colerent<sup>3</sup>.

1) *Constit. Electoral. P. II. 40.*

2) IOHANNIS SCHRASSERT *Periöcha Iuris Dominici, dicti Leas-Recht, adiecta eiusdem Manipulo Sicilimentorum feudaliu.* Harderuici, 1723. 8.

3) *Conf. BVRIYS ad SCHILTERVM P. 106. seq.*

§. XVIII. Quaedam, ex eiusmodi bonis, a singulari aliqua praestatione, propriam appellationem acceperunt. Ita passim moriente colono, ius est Domino partem hereditatis, aut certam rem capere, quod ius manus mortuae<sup>1</sup>, aut mortuarium, (*Todte Hand, Haupt-Fall*) vocant. In nonnullis regionibus, nomine Curmae veniunt<sup>2</sup>.

1) Io

1) In Diplom  
castrii Sta  
p. Colloc  
ne incolat  
nisi Abbat

2) Curmed  
Sed Cl.  
898. et  
operabile.  
tor, vbi  
rem aliqua  
stationem  
Curmedm  
actor Ioan  
TONIVS  
dis, cap. 1

§. XIX.

locorum, cir  
iura dominie  
generalia pr  
Plerumque  
dominum:  
ad certum n

\* Nonnulli  
ses hic fo  
niae quon  
praedia rul  
doctrina,  
cere, etc.



- 1) In Diplomate Conradi III. inter alia priuilegia Monasterii Strabulensis (in MARTENII et DURANDI Collect. T. II, p. 112.) hoc quoque conceditur, *ne incolae Castri Longias, pro defuncta matre, alii, nisi Abbati respondeant.*
- 2) Curmedam interpretantur conductionem a Curia. Sed Cl. VVACHTERVS in Glossario, p. 898. et 1078. explicat per donum selectum, optabile. Ut adeo bona ad Curmedam dicantur, ubi domino ius est, ex hereditate coloni, rem aliquam singularem plerumque equum praestantiorum, sibi deligere. Iudicium de bonis ad Curmedam, in Curia Imp. Caroli IV. institutum, auctore Ioanne, Episcopo Ultraiectino, exhibet ANTONIVS MATTHAEVS in Libr. *de Iure Gladii*, cap. 30. p. 495.

§. XIX. Valde variant consuetudines locorum, circa Laudemium, operas, et alia iura dominica in eiusmodi bonis. Neque generalia principia de iis poni possunt\*. Plerumque res, per conuentiones inter dominum: et subditos, (*Urb. Register*) ad certum modum redacta est.

\* Nonnulli Auctores crudas admodum hypotheses hic fouent, e. g. rusticos vniuersae Germaniae quondam seruilis fuisse conditionis, omnia praedia rusticorum in Germania praesumi conductionis, Principem posse seruitutem introducere, etc.

§. XX. A feudo, etiam differt imitatio illa inuestiturae, quae, in Saxonia superiori, obtinet, intuitu omnium immobilium, ita ut illorum dominium neque transferri, neque acquiri possit, absque magistratus auctoritate. Vnde et formulae, in *Lehn geben, die Lehn auflassen, in Lehn nehmen.*

- 1) Illa imitatio feudalis disciplinae, in bonis immobilibus iudicialiter tradendis, tam in urbibus, quam et ruri, in usu est: vtili inuento, ut dominia rerum in certo sint, et cuilibet constare melius possit de conditione eius, cum quo contrahit.
- 2) 10. ANDR. MEYER *de Inuestitura Saxonica in rebus allodialibus immobilibus.* VERPORTENIVS *de inuestitura allodiorum.*



## CAP. III.

DE DIVISIONE FEVDI,  
 VBI VARIAE SPECIES  
 FEVDORVM RECEN-  
 SENTVR.

- Fundamenta diuisionis feudi.* 1.  
*Masculinum vel Femininum.* 2. *sq.* *Feuda Imporii regno*  
*lariter masculina.* 5. *sq.*  
*Feudum votus, vel nouum.* 7.  
*Datum, vel oblatum.* 8.  
*Pignoratitium* 9.  
*Feuda immediata, vel mediata.* 10. 11.  
*Feuda de tabula, et quaternata.* 13.  
*Ecclesiasticum, vel seculare.* 14.  
*Feudum in re immobili.* 15. *In re mobili quomodo con-*  
*firmatur?* *ibid.*  
*Feuda de Camera et de Cauena.* 16.  
*De feudo pecuniae* 17.  
*Feudum in Curte, vel extra Curtem.* 18. *sq.*  
*Feudum nobile,* 21 *ubi de feudo regali. Feuda vexilli,* 22.  
*ceptri.* 23.  
*Feudi equestris variae species.* 24. *sq.*  
*Feuda urbana, et rustica* 26.  
*Feudum proprium, vel improprium* 27.  
*Feudum exacto et prouidentia* 28.  
*Feudum hereditarium, merum et mixtum,* 29. *ubi et de*  
*feudo alienabili* 30.  
*Mere personale, ut habitationis,* 31. *ubi et de Sol-*  
*data.*

*Feudum ligium, 32. 33. et non ligium. 34.*

*Divisio feudi, ratione seruitiorum, 35. Unde feudum conditionatum ibid.*

*Feudum militare, loricae etc. 36. Castrense. 37.*

*Feudum Keminatae. 38.*

*Feudum aperturae 39.*

*Fouda ad seruitium in Curia, et Placito. Fouda Am. bachtiae 40.*

*Officia Palatina in feudum concessa 41.*

*Feudum Aduocatae 42. et Gastaldiae. 43.*

*Feudum plegii, burfaticum, culinare, etc. 44.*

*Feudum francum, 45. et honorarium ibid.*

*De feudo solari 46.*

*Feudorum appellatione & Curia, aut consuetudine, qua reguntur 47.*

### §. I.

**I**am et diuersas feudorum species designare conuenit, quum, pro indole illorum, diuersa quoque sint iura. Oritur autem feudorum diuersitas, vel ex ipsa constitutione, vel ex materia, siue obiecto, vel ex ipsa forma et indole, vel denique ex diuersis seruitiis, ad quae destinata primitus fuerunt.

§. II. Ratione personae acquirentis, feudum est vel masculinum, vel femininum: (Kunzel = Lehmann\*.)

\* Ab antiquo  
denotatur  
Offeratur  
conculca.

§. III. C  
ninum pro  
femina acq  
vius camen  
omni feudo  
priuilegio,

§. IV. S  
feudo locu  
miscue: cu  
in literis i  
Quod si ve  
feudo raneu  
ve ad filiu  
masculinum

1) Conf. in

2) Incidit i  
Cluensi,  
rem Bra  
maxime  
habebar,  
gicum, c

3) e asp. i  
missione f

<sup>2</sup> Ab antiquo *Kunkel*, Lat. *Conucula*, quod fufum denotat Lex Ripuariorum Tit. LVIII. §. 18. Offeratur ei a Rege, seu a Comite, spata et conucula.

§. III. Quamquam vero feudum femininum proprie vocatur, quod primum a femina acquisitum est, II. F. 30. et 50: vsus tamen eandem appellationem tribuit omni feudo, quod etiam ex pacto, aut priuilegio, transit ad feminas.

§. IV. Successio autem feminarum in feudo locum habet vel successiue, vel promiscue: cuius diuersitatis notae praecipue, in literis inuestiturae, quaerandae sunt <sup>1</sup>. Quod si vero femina ad successionem in feudo tantum admittitur cum conditione, vt ad filium transmittat <sup>2</sup>; manet illud masculinum <sup>3</sup>.

1) Conf. infr. Cap. X. §. II. et seq.

2) Incidit haec quaestio, in controuersia de successione Cliuensi, inter Ioannem Sigismundum, Electorem Brandenburgicum, qui filiam sororis natu maxime, vltimi Cliuiae Ducis, in matrimonio habebat, et Io. Wolfgangum, Palatinum Neoburgicum, cui ex altera sorore filius erat.

3) CASP. ACHATIUS BECKIUS de feudis transmissione femininis.

§. V. In Germania omnia feuda, maxime Imperii, praesumuntur masculina, cuius praesumptionis fundamenta praecipua sunt, ipsa origo feudorum, quodque seruitia feudalia, tam militaria, quam Palatina, et ipsa inprimis Curia Parium, natura sua, virorum operam requirunt\*.

\* GRIBNERVS de feudalis Imperii masculinis, non femininis.

§. VI. Obtinuit tamen, in nonnullis provinciis, consuetudo, ut filiae ad successionem, in feudo etiam regali, admittantur, et solent inprimis feuda Regni Lotharingici in exemplum adduci<sup>1</sup>. Quanquam nec in iis illa consuetudo vniuersalis fuit.<sup>2</sup>

- 1) Ita, ut vnum saltem alterumue exemplum adducam, Comitatus Hammoniae, Hollandiae, Zeelandiae, tanquam feuda feminina ad Margaretham, Imperatoris Ludouici Bauari uxorem, peruenerunt. Maria Burgundica, Maximiliani Austriaci, postea Imperatoris, vxor, in omnes Principatus, quos per Belgium habuerat pater, successit. Conf. GYNDLI-  
EIANA P. XL. n. 4. et 5. von der Weiber-  
cession, in Gallia Belgica.
- 2) In ipso Ducatu Lotharingiae superioris, excludantur quondam feminae. Vid. CHIFLETH  
Lotharingia masculina. In Ducatu Lotharin-  
giae inferioris, admittae demum sunt filiae, ex  
pri-

privilegio  
no 1204

§. VII. I  
acquitum  
lus, iure si  
quod prin

\* Interdum  
antiqui et  
quintensis  
ZEL, de  
quasi, v  
delant,  
concessi i  
vit Dn.  
Hofstat  
cap. 4.

§. VIII.  
constitutum  
in re sua pr  
antea a val  
tradica, con  
dum offer  
Multos re  
sua offerre  
belli priu  
tioris dom  
pauci a do  
Fuerunt de

privilegio Philippi, Regis Romanorum, de anno 1204.

§. VII. Feudum, ratione temporis, quo acquisitum fuit, vel vetus est, quod vasallus, iure successionis, possidet, vel novum, quod primus acquisivit\*.

\* Interdum feudum novum conceditur, in forma antiqui et gentilitii, ut adeo et agnati primi acquirentis iure succedendi potiantur. Conf. MANZEL, de eo, quod refert, feudum esse vere antiquum, vel novum, iure antiqui concessum. Nec desunt, in Curia Imperiali, exempla feudi novi, concessi in forma veteris et gentilitii, qualia notavit Dn. MOSEER, in der Einleitung zum Reichs Hofraths Proceß, T. III. cap. 3. p. 251. et cap. 4. p. 441.

§. VIII.\* Ratione modi, quo feudum constituitur, est vel datum, quod dominus in re sua propria, vel oblatum, quod in re, antea a vasallo sub conditione inuestiendi tradita, constituit. Mos autem sua in feudum offerendi plures olim causas habuit<sup>r</sup>. Multos religio impulit, ecclesiis praedia sua offerre. Aliis, in prisca illa licentia belli privati, conducere visum, in potentioris domini clientelam se dare. Nec pauci a dominis pretio, aut metu adacti. Fuerunt denique, quos studium acquirendi

iammu-

immunitatem feudo, et prospiciendi familiae per successionem feudalem, moueret. Dantur etiam feuda, ex datis et oblati mixta, quam partem feudi dominus, de re sua, largitur, partem obtulit vasallus <sup>2</sup>.

- 1) HERTIVS in *Diss. de feudis oblati*, in *Opusc. P. V. n. 1.*
- 2) HERTIVS in *Diss. de feudis ex datis et oblati mixtis*: et BVDERVS in *Amoenitat. Iur. Feudal. n. 6.*

§. VIII. <sup>b</sup> Ceterum inter feuda data et oblata, si interiorum illorum conditionem, iuraque domini et vasalli, spectes, nulla est diuersitas <sup>1</sup>, adeoque fere inanis est quaestio de feudis Imperii, sintne pro datis, an oblati, habenda <sup>2</sup>?

- 1) Id, data opera, ostendit CHR. THOMASIVS, in *Diss. de feudis oblati*.
- 2) Quaestionem hanc attingit MOELLERVS l. c. p. 145. Feuda autem Imperii, tantum non omnia, ad data referenda esse, pluribus ostendit IO. VVOLFFG. TEXTOR, in *Diss. de feudis Imperii, propriis non oblati, annumerandis.*

§. IX. Pignoratitium <sup>1</sup> dicitur, quod Dominus, pro certa pecuniae summa, reseruata reluendi potestate, concedit <sup>2</sup>.

- 1) SAM. STRYKIVS, et MAREBACHIVS de *feudo pignoratitio.*

2) Ita

2) Ita Henr  
Atterlem  
dum de  
acocco.  
NONIV  
p. 139.  
iae dipl  
dis Imper  
Amoenitat.

§. X. Eri  
feuda, diue  
diate a sup  
habent sub  
intermedio  
Affricleh

\* Quod pal  
THOM.

§. XI. In  
co, in speci  
Imperialia,  
per ipsa ter  
ratore, vel  
feuda Imp  
tur <sup>1</sup>. Qu  
mero per C

1) GRIEN  
alim inordi



2) Ita Henricus VII. Imperator, cum Comitatum Astensem, Amadeo V. Comiti Sabaudiae, in feudum daret, reservauit Imperio facultatem reluendi 200000. florenis. Vid. diploma apud CVICHERONIVM, in *Histor. Domus Sabaudicae*, Lib. VI. p. 139. sq. et apud LVNIGIVM, in *Codice Italiae diplomat.* T. I. p. 631. Alia exempla, ex feudis Imperii Germanicis, notauit HYDERVS, in *Amoenitat. Iuris Feud.* c. 19. p. 12.

§. X. Eriam ex ordine, quo tenentur feuda, diuersitas. Alia tenentur immediate a supremo Domino \*, et plerumque habent subuassallos suos: alia a Domino intermedio: vnde subfeuda dicuntur, *Asterlehn* (*arriere fiefs*).

\* Quod passim vocant feudum tenere in capite. Vid. THOM. CRAGIUS *Iur. Feud.* p. 129.

§. XI. In Imperio Romano-Germanico, in specie, viget diuisio feudorum, in Imperialia, et Prouincialia. Feuda Imperii ipsa tenentur vel immediate ab Imperatore, vel mediate, quae proprie subfeuda Imperii (*Reichs-Asterlehn*) vocantur<sup>1</sup>. Qualia per Italiam<sup>2</sup>, et maiori numero per Germaniam<sup>3</sup>, reperiuntur.

1) GRIENERI *Diff. de subfeudorum Imperii, quae olim immediata fuerunt, praerogatiua.*

2) Talis

- 2) Tale est, in Italia, Vicariatus Senarum. Inuestitura, quam D. Imp. Carolus VI. tamquam Dux Mediolani, an. 1712. Cosmo III. Magno Duci Ferrariae dedit, exstat in *Corp. Iur. Gentium* [Academico, p. 225.
- 3) Declarationum Imp. Leopoldi, Dynastiam Teueranam esse subfeudum Imperii, vid. in *Recess. imp.* T. IV. p. 155.

§. XII. Prouincialia ( *Landsässige Lehn* ) subiecta sunt simul Superioritati Territoriali. Quod vero praedia, partim sub iurisdictione praefecti, sunt, partim immediate sub Regimine Prouinciali, id non afficit naturam feudi ipsius. Inuestitura omnium petenda est in Curia feudali.

§. XIII. Diuisio feudi in planum, siue de tabula, et quaternatum<sup>1</sup>, propria est Curiae Regni Neapolitani. Quaternatum dicitur, quod quaternionibus, s. catastris Curiae Principalis, insertum, licet ab alio domino teneatur, estque nobile, ac plerumque militare: feudum planum, s. de tabula, quod solus Baro concedit<sup>2</sup>. Incommodum ergo haec diuisio, tanquam noua species, a Iureconsultis Germanicis, passim adopratur<sup>3</sup>.

1) De feudis quaternis sic mentio in Imp. Friderici II. Constitut. Siculis P. I. Tit. 37. *de officio Magistri*

gibri iudici  
cius functi  
nis. Plu  
RVS in a

2) MARIN  
ruum, p.  
feudum  
tabula uua

3) Valgo feu  
STRYEV  
qu. 37. h  
Lehn, ex  
lem, praest

§. XIV.  
vel ecclesia  
vel secular  
tatur. Fe  
fici conced  
stäbisch Lehn  
vato, veter  
signi.

\* Illorum inc  
THVM  
stab schler  
por, Ed  
aus.

§. XV. A  
tur, prou  
filit, vel m

gistri Iudicarii, et Iudicis magnae Curiae, ubi ad eius functionem refertur *cognoscere de feudis quaternis*. Plura de feudis quaternatis dedit, Dn. BVDE-RVS in *Amoen. Iuris Feudal. n. 4.*

- 2) MARINVS FRECCIA in *Op. de subfeudis Baronum*, p. 237. seq. prolixè explicat *Differentias feudorum quaternatorum ab his, quae plana et de tabula nuncupantur.*
- 3) Vulgo feudum *de tabula* male vertunt *TafelLehn*. STRYKIVS adeo in *Examine Iur. Feud.* cap. IV. qu. 37. huc trahit die *Rürnbergische Büchens Lehn*, ex quibus esculenta, ad mensam Imperialem, praestari quondam debuere.

§. XIV. Ratione obiecti, feudum est vel ecclesiasticum, quod in re ecclesiastica, vel seculare, quod in re seculari, constituitur. Feuda, quae Principes Ecclesiastici concedunt, vulgo vocantur *Krummstäbisch Lehn*\*: a pedo, siue baculo incurvato, vetere potestatis ecclesiasticae insigni.

\* Illorum indolem fustus persequitur VVERNHERVS THVMERMVTH in Libro, cui titulus: *Krummstab schleuß niemand aus*: eique oppositus scriptor, *Cölnischer Krummstab schleuß die Weiber aus*.

§. XV. Alia, ab obiecto, diuersitas oritur, prouti illud vel in re immobili consistit, vel mobili. Naturale feudi est, ut

CON-

constituatur in re immobili. Vfus tamen introduxit, vt domini, quo plures sibi vassallos pararent, annonam etiam, pensiones, sportulas, in feudum assignarent\*.

\* Vid. infra cap. VI. §. II.

§. XVI. Inde feuda de Camera, et de Cauena<sup>1</sup>, siue Caneua, nomen habent, quum certi reditus ex camera, seu fisco Domini, aut annona, vinumue, e penu, seu cellario praestanda<sup>2</sup>, in feudum conceduntur<sup>3</sup>.

1) MATTHIAE ROESCHII Diff. de feudis de Camera, et de Caneua. (Argent. 1701.)

2) Philippus Sueuus, Rex Romanorum, anno 1204. Henrico Duci Brabantiae, amphoras aliquot vini quotannis in feudum adscripsit. Diploma est apud BVTIKENS, in Troph. Brabantiae, T. I. in Probat. p. 55. Demum regia benignitate, in rectum feudum concedimus ei, annuatim sexaginta carretas vini, quarum media pars apud Boperdiam, reliqua pars apud Baldebern, in Alsatia, tempore vindemiae ei persoluantur.

3) Feudi de Camera, aut de Cauena, fit mentio II. F. I. et II. F. 58. In iure Feudali Alemannico cap. 102. occurrit Cammer/Lehn. Idque genus feudi et in Gallia notum testatur ALTESERRA de Feudis Galliae, cap. 3. et ex recentioribus BRVSSSELLVS, p. 55.

§. XVII.

§. XVII.  
rium\*, qu  
inuelitur,  
mi valis, p  
tim, singul  
get, vbi pa  
nee inuelth  
pecuniae su  
(Ehnsstamm

\* ANDR. M  
LYNCKE  
in Comm.  
p. 176.

§. XVIII.  
feudum in C  
diuisio, ex  
Curtis, appe  
notat Curian  
aedificiis, v  
tibus.

§. XIX.  
quum' Dom  
tem spectat  
Feudum ex  
bitum eius,  
dictione Dor

§. XVII. Nec non feudum pecunia-  
rium\*, quum vafallus de summa pecuniae  
inuestitur, vt vsuras exinde, titulo domi-  
nii utilis, percipiat. In Saxonia praeser-  
tim, singularis feudi, in pecunia, species vi-  
get, vbi pactis inter agnatos, ac simulta-  
nee inuestitos, consensu Domini, certa  
pecuniae summa, in feudo conseruanda,  
(*Lehnstamm*) constituitur.

\* ANDR. MYLLIVS de feudo in pecunia consistente.  
LYNCKER de feudo pecuniario. SCHILTERVS  
in Comm. ad Ius feudale Alemann. cap. 14.  
p. 176.

§. XVIII. Ratione situs, diuersa sunt  
feudum in Curte, et extra Curtem: quae  
diuisio, ex antiqua ratione Curiae, siue  
Curtis, appellationem traxit. Curtis vero  
notat Curiam, s. Praetorium, cum area,  
aediificiis, villa, et fundis, eo pertinen-  
tibus.

§. XIX. Feudum itaque in Curte erat,  
quum Dominus partem praedii, ad Cur-  
tem spectantis, in feudum largiretur: :  
Feudum extra Curtem, quod extra am-  
bitum eius, licet sub districtu, siue iuris-  
dictione Domini, esset.

D

1) II. F.

- 1) H. F. § 1. pr. *Quidam Capitaneus, in quadam Curte sua, beneficium dedit militibus, et postea eandem Curiam vendidit. Leg. Longobard. l. 1. Tit. 24. c. 1. Si quis Gualtaldus, aut actor Regis, Curtem Regiam habeat ad gubernandum, et ex ipsa Curte alicui, sine iussione Regis, casam tributariam, terram, siluam, vites, vel pratum, ausus fuerit donare, etc.*
- 2) I. F. §. 1. *Item si quis feudum habuerit in Curte domini sui, non poterit ipsum feudum, in aliqua parte, libellario nomine, alicui, sine consensu Domini sui, dare, vel pignori obligare. Similiter si extra Curtem detinuerit, et Dominus districtum habuerit, vel alium honorem: et si alienauerit sine Domini voluntate, iure ad Dominum reuertitur.*

§. XX. Interpretes feudorum ampliarunt significatum vocabuli Curtis, idque pro territorio accipientes<sup>1</sup>, feudum in Curte vocant, quod intra territorium Domini, extra Curtem<sup>2</sup>, quod extra illud situm (ein auswärtig Lehn): quallium feudorum ingens, per Germaniam, numerus est<sup>3</sup>.

- 1) Quo quidem sensu illud adhiberi probat HOTTOMANNVS in *Comm. de verbis feudalis*, et LINDENBROGIUS in *Glossar. ad Leges veterum Popul. German.* Sed ea certe est recentior significatio.
- 2) GOEBEL de feudis extra Curtem, AVGUSTINUS CHRIST, REHFELD de feudis in Curte et  
EXTRA

extra Cur  
hof. Ar

a) Exempla  
Bohemii  
pore  
quoque  
rum,  
FRID  
rith in  
Branden  
genium,

§. XX  
men hab  
cies pra  
que in  
nec Con  
adeo Reg  
possunt:  
Regni N

1) 10.  
H R  
I. T.

a) Conf  
cap. 3  
nere  
meat

§. X  
tradi Du

*extra Curtem, vom Lehne in und außer dem Lehnhof. Argent. 1697.*

- 2) Exemplo esse potest Catalogus feudorum Regni Bohemiae, extra Bohemiam, in LVNIGII *Corpore Iuris Feudalis*, T. II. p. 7. et seq. Nota quoque sunt feuda Marchionum Brandenburgicorum, per Austriam, de quibus vid. GOTTL. FRIDERICI HOEPLICH *Disq. de dominio directo in alieno territorio, cumprimis Marchionum Brandenburgicorum, tanquam Burgrauorum Noribergensium, in Austria.* Ienae 1724.

§. XXI. Ab adiuncta dignitate, nomen habet feudum nobile. Illius species praecipua est feudum Regale. Namque integra territoria, cum Regalibus, nec Comitatus modo, et Ducatus, sed ipsa adeo Regna, in feudum dari, et accipi possunt: vti exempla Regni Bohemiae, et Regni Neapolitani, ostendunt.

- 1) IO. STRAVCHIVS *de feudo nobili.*  
HERTIVS *de feudo nobili, in Opusculis, Vol. I. T. II. p. 471.*

- 2) Conf. GROTIUS *de Iure Belli et Pacis, Lib. I. cap. 3. n. 3. vbi obseruat, imperium civile non desinere esse summum, etiamsi Princeps provinciam teneat in feudum.*

§. XXII. Eiusmodi feuda solebant tradi Ducibus, Marchionibus, et saepe

etiam Comitibus, per vexillum \*. A quo investiturae simbolo, feuda vexilli (*Zahn-Lehn*) dicta.

\* NICOL. HIERON. GVDLINGII Diatribz de feudi vexilli.

§. XXIII. Principibus Ecclesiasticis conferebantur per sceptrum, postquam Imperator Henricus V. investiturae, per baculum et anulum, renunciaffet. Inde feuda sceptri (*Scepter-Lehn*) vocantur \*.

\* BYDERVS de feudis sceptri.

§. XXIV. Consuetudine feudorum recentiori, Nobile quoque vocatur feudum militare, (*Ritter-Guth*), cuius variae species a diuersitate seruitiorum denominantur, vti feudum equestre, loricae, et alia, de quibus infra.

§. XXV. Quaesitum, vtrum Princeps, feudum nobile concedens alicui, qui genere nobilis non est, eo ipso videatur nobilitatem concedere<sup>1</sup>? Quod quidem rectius negatur<sup>2</sup>, quia dignitas, feudo inherens, differt a qualitate gentilitia. Obtinuit quidem, in nonnullis prouinciis, vt feudum nobile, non nisi a nobili, possideri queat.

queat<sup>3</sup>. V  
etiam gen  
folet.

1) Conf. e  
genealogici  
feudum no

2) Feudum nob  
Item 578

3) De Braban  
tit. 10. 3 A  
Antia Hered

§. XXVI.

et rustica,

*Lehn*: C

tiores vider

imitationem

1) STYAM

2) WILDVO

§. XXVII

est vel prop

in quo natur

improprium

alterumque

rum natura,

ipsum contra

sue ex confi

feudum fern



queat<sup>3</sup>. Verum in tali casu nobilitas etiam gentilitia, per codicillos, impetrari solet.

- 1) Conf. CHRISTINAEVUS in *Observationibus Et genealogicis*, Lib. 1. cap. 39. quo disquiritur, an feudum nobilitet?
- 2) Feudo nobilitari personam, affirmat GAIL. I. 30. Item STRYKIVS cap. 3. qu. 27.
- 3) De Brabantia, et vicinis Belgii prouinciis, testatur IO. BAPT. CHRISTINAEVUS in *Jurisprudentia Heroica*, p. 163. et 164.

§. XXVI. Dantur etiam feuda urbana<sup>1</sup>, et rustica, Schöppen = und Schulzen = Lehn<sup>2</sup>. Quae feudorum species recentiores videntur militaribus illis, et ad imitationem eorum introductae.

- 1) STURM de beneficio urbano.
- 2) WILDVOGEL de feudo scultetico.

§. XXVII. Ratione formae, feudum est vel proprium, seu rectum, regulare, in quo naturalia feudi attributa adsunt: vel improprium, seu irregulare, in quo vnum alterumque attributum, a communi feudorum natura, recedit<sup>1</sup>, siue illa mutatio per ipsum contractum feudalem introducta sit, siue ex consuetudine oriatur<sup>2</sup>. Tale est feudum femininum, pignoratitium, here-

ditarium, alienabile, francum, etc. In reliquis attributis, feuda impropria naturam feudi communem retinent.

- 1) JO. VVVRMSERVS *de feudis impropriis*, Tübingae 1657. 8.
- 2) Neque tum modo alteratur feudi natura, si detrahant pacta communi feudorum indoli, sed etiam si augeant.

§. XXVIII. Ratione quoque transmissionis ad heredes, diuersitas est. Feudum ex pacto et prouidentia dicitur <sup>1</sup>, in quo succedunt masculi, a primo acquirente genus ducentes. Tale, utpote proprium, intelligitur in dubio <sup>2</sup>.

- 1) CAROLIA KIRCHBERG *discursus de feudo ex pacto et prouidentia, et hereditario*. Augustae 1614. CONRADVS WILHELMVS STRECKER *de differentiis feudorum hereditariorum, atque ex pacto et prouidentia talium*. Erfurt. 1730.
- 2) Conf. MYSINGERI *Observat. Lib. IV. Obs. 2. n. 5.*

§. XXIX. Hereditarium, *Erblehn*, est, in quo non feudalis, sed hereditaria, successio obtinet. Estque vel merum, (*Eigenthümlich Lehn*) quod conceditur, pro heredibus quibuscunque <sup>1</sup>, atque adeo  
non

non secus a  
heredem,  
mixtum,  
feudi her  
species, v  
Doctores  
mente inn  
riae, deter

1) Formula  
reditem  
uehimen.

cap. 4. §.

2) Vid. c.

3) Itaque  
provinc  
etia e  
heredita  
lam nou  
HORN

§. XXX.

hereditar  
tate liber  
quam p  
Inde in  
sunt feu  
passim.

1) CHR  
nabili.

non fecus ac allodium, ad quemcunque heredem, etiam extraneum, transit; vel mixtum, quod vnum tantum, alterumue feudi hereditarii effectum habet. Quae species, vti mire in iis definiendis variant Doctores<sup>2</sup>, vix aliter, quam ex verbis, et mente inuestiturae, atque obseruantia Curiae, determinari possunt<sup>3</sup>.

- 1) Formula concedendi feudi hereditarii est: zu rechtem Erbe, vor sich, seine Erben, und Erben nehmen. Pleniorum dedit HORNIVS loc. cit. cap. 4. §. 40.
- 2) Vid. COCCILLI Hypomnemata, Tit. 3. §. 28. sq.
- 3) Itaque in Saxonia Electorali, petierunt in comitiis provincialibus Ordines, vt Princeps determinet criteria et differentiam feudi ex pacto et prouidentia, hereditarii, et feminini. Obtulerunt simul formulam nouae eiusmodi decisionis, quae exstat apud HORNIVM in Append. p. 491.

§. XXX. Interdum feudum, vti fit in hereditario mero, conceditur cum facultate libere alienandi, tam inter viuos, quam per modum vltimae voluntatis. Inde in specie dicitur alienabile<sup>1</sup>. Talia sunt feuda in Silesia<sup>2</sup>, Lusatia<sup>3</sup>, et alibi passim<sup>4</sup>.

1) CHRISTIAN. THOMACIUS de feudo alienabili.

- 2) EFHR. GERHARTVS de alienatione feudorum Silesiae.
- 3) VVOLF. ADOLPH. A LEIBNITZ de alienatione feudorum Lusatiae.
- 4) De feudis, per Brabantiam, idem testatur CHRISTIANVS in *Iurispr. Heroica* p. 163: de feudis Leodiensibus, CAROLVS DE MEAN ad *Ius Laodiense*.

§. XXVI. Vel mere personalia sunt feuda, et plane non transeunt ad heredes. Tale est Feudum habitationis<sup>1</sup>. Soldata male inter feuda recensetur. Merum enim stipendium fuit<sup>2</sup>. Ab ea milites solidarii, soldarii, nomen habuere, quod genus erat militiae diuersum a feudali<sup>3</sup>.

- 1) II. F. 105. Feuda habitationum, nisi aliud specialiter cautum sit, morte accipientium finiuntur.
- 2) Idque apparet ex ipsa definitione. Soldata ita describitur II. F. 10. Soldata autem est praestatio quaedam annua gratuita, quae a neutra parte transit in heredem. Morte enim dantis vel accipientis finitur. Soldata vero dicitur, quia plerumque in solidorum donatione consistit, nonnunquam etiam in vino, et annona.
- 3) Vid. COMMENT. DE REBUS IMPERII, sub Henrico V. Lib. III. 56.

§. XXXII. Ratione obligationis vasalli erga Dominum, feudum vocatur ligium<sup>1</sup>, ubi vasallus vni Domino seruire tenetur, contra

contra omne  
dum eius  
Gallice, ho  
dum solidi  
solidus, Ge

1) Haec feuda  
habet a di  
de quo inf  
commendat  
Comitis 1  
ECESTE

2) Vox ligi  
occurit.  
in feudum  
de la Mo  
NVS Cod

3) Exempla  
in Commes  
n. 7. Item

§. XXX  
mos, vt fi  
ligium, per  
rum ille d  
cererque  
Domino p

\* II. F. 99.  
plum vasal

contra omnes <sup>2</sup>. Vnde vafallus, qui feudum eiusmodi habet, homo ligius dicitur, Gallice, *homme lige*. Dicitur etiam feudum solidum, atque vafallus ipse homo solidus, Germanice etn ledig Mann <sup>3</sup>.

- 1) Haec feudi diuifio, atque species, ortum suum habet a diuerfitate homini, quod olim in vtu fuit, de quo infra cap. 7. §. 20. fq. De feudis legiis commendari imprimis meretur Differtatio Illustriffimi Comitis LVD. SIGFRIDI VICEDOMINI AB ECKSTEDT.
- 2) Vox ligii etiam feudis, per Germaniam, passim occurrit. Ita Hatzfeldii castrum suum gentilicium, in feudum ligium, et aperibile, acceperunt, ab Ecclesia Moguntina, an. 1333. Vid. DN. a GVDENVS Codex Diplomaticus, T. I. p. 990. et 991.
- 3) Exempla vid. ap. FRIDERICVM a SANDE in *Comment ad Conftitutum Geldriae feudales* p. 97. n. 7. item ap. MOELLERVM p. 92.

§. XXXIII. Tulit autem feudorum mos, vt si vafallo ligio alterum feudum ligium, per successionem, obtingeret, duorum ille dominorum ligius esse posset, liceretque ei, per substitutum idoneum, Domino priori feruire \*.

\* II. F. 99. BRUSSELIVS pag. 108. adducit exemplum vafalli ligii trium dominorum.

§. XXXIV. Feudum non ligium, est, ubi quidam excipiuntur, vel pacto, vel iure, uti Dominus superior<sup>2</sup>, et antiquior.

- 1) Homo non ligius Germanice vocatur ein Mann von schlechter Mannschaft, in vetere charta, apud III. SENCKENBERGIVM in Append. ad primas lineas Iuris Feudalis, n. 21.
- 2) Ita per Constitutionem Friderici I. semper nominatim excipi debet Imperator. II. F. 55. Illud quoque sancimus, ut in omni sacramento fidelitatis Imperator nominatim excipiatur.

§. XXXV. Ratione seruitiorum ipsorum est diuersitas, prouti debentur vel indefinite, vel ad certum modum, siue conditionem. Vnde et feudum conditionale, seu conditionatum, nomen habet.

§. XXXVI. Seruitia eiusmodi varii sunt generis. Praecipue quidem feuda propter militiam concessa. Vnde et varia feudorum militarium nomina. Nam vel ad expeditionem comparata sunt, vnde feudum equestre, Reit-Lehn, halsbergae<sup>1</sup>, siue loricae<sup>2</sup>, Panther = Lehn, sagittae, Schützen-Lehn. Interdum feudum militare, in genere, clypei nomine designatur<sup>3</sup>.

1) CHR. G  
ad an.  
exercit  
impenetr  
redire  
horre gen  
com fief  
p. 21.  
de guerre  
ma de tou  
mé de Co

2) Ita in  
tholdum  
batis vv  
refus ha  
CATO  
illis ter  
cum D  
rit. Q  
TES, a

3) Ita de  
PEGAN  
dem ter  
ram M  
tam, i  
cabulo  
do clyp

§. X  
stri: V  
Lehn:  
mini viro

1) CHR. COLONIENSE S. PANTALEONIS ad an. 1115. de manu militum loricatorum, in exercitu Henrici V. Imp. *quae lorice cornis, ferre impenetrabilibus, utebatur.* Quod vetus interpret reddidit: *de alle hatten HALSBERGHE, van horne gemacht.* Ab Halsberga nomen habet Gallicum *sief de Haubert*, quod ita describit LAROCQUE p. 241. *Ou le Seigneur est tenu de servir le Roi en la guerre, avec les armes pleines: c'est à dire, armé de toutes les pièces, et par conséquent avec l'armé de Corps, qui étoit alors la Cotte de Maille.*

2) Ita in pacto, inter Fridericum I. Imp. et Bertholdum, Ducem Zaeringiae, inter epistolas Abbatibus VVBALDI, num. 113. conuenit: *Dux Bertolfus habebit, cum Domino Rege, MILLE LORICATOS EQVITES, quamdiu Dominus Rex in illis terris fuerit. In Italicam expeditionem duces cum Domino Rege, quamdiu in ipsa expeditione fuerit. QVINGENTOS LORICATOS EQVITES, et quinquaginta arcobalifarios.*

3) Ita de Viperto. Comite Groicensi, MONACHVS PEGAVIENSIS, in Vita eius, ad an. 1117. Eodem tempore, ab Adelgoro Archiepiscopo, praefecturam MILLE CLYPEIS, et 500. talentis praedictam, in beneficium accepit. Eodem sensu, hoc vocabulo vitur HILDEBRANDVS in Diss. de feudo clypeari.

§. XXXVII. Vel ad defensionem castris: Vnde feudum Castrense: **Burg-  
Lehn**<sup>2</sup>. Namque solebant conducere domini viros strenuos, vt adessent in castro  
ad

ad custodiam eius, et defensionem: unde et ipsi Castellani, aut Castrenses, dicti sunt.

1) *VVALDSCHMID de feudo castrensi.*

2) Interdum etiam *Seß-Lehn* vocatur, quia residere in castro vasallus debet. Atque sic opponitur feudo *caualcatae*, dem *Reit-Lehn*. In iure Gallicano occurrit, eodem sensu, feudum *Stagii* (*Estage*).

§. XXXVIII. Eius fere generis sunt feuda *Keminatae*, vulgo *Kemnad*: quae ita dicuntur, quod de domo, quam *Camina-tam* vocauerunt medio aevo, inuestri sunt vasalli\*.

\* 10. *SAMVEL BRVNVVELL de feudo Keminatae.*

§. XXXIX. Feudum *aperturae* est<sup>1</sup>, quando castrum tenetur, sub conditione, vt domino directo semper pateat, si ipse eo se recipere<sup>2</sup>, aut praesidium velit imponere<sup>3</sup>.

1) A feudo *aperturae* differt ius *aperturae*, quod etiam citra feudalem nexum, in territorio alieno, competere potest, per modum seruitutis. *VVILHELMVS DECKHERVS de Iura Aperturae.*

2) *Ingens* castrorum eiusmodi, per Germaniam, numerus. Ita *VVOLFRAMVS*, Episcopus *Wircceburgensis*, concessit *Thungiis* potestatem castrum, in monte *Higelberg* extruendi, ea conditione, vt Praefuli semper pateret, isque ius emtionis praee aliis

aliis haberet  
FRISIVS  
exempla  
ritatibus  
Publici, et

3) Dicitur  
nicis, occ  
femur *Hä*  
nae vocant  
jurabile, et  
30. ad 101  
et reddatiles.

§. XL.  
rum aliquo  
differebant  
erant lus  
mum offic  
runt, quae fe  
Lehn) voca

1) De differ  
gnis locu  
vilegia  
MARTI  
P. 41. C  
fecimus,  
circa,  
funt,  
turnae,  
confissat,  
iure ten  
sunt. Et  
horitatis



aliis haberet. Arci nomen inditum Reusenbergr. Conf. FRISIVS in *Hist. Episc. Wirceburg.* p. 698. Sed exempla multo plura dedit Dn. BVDERSVS in *Amoenitatibus Iuris Feudalis*, et in *Observationibus Iuris Publici, et Feudalis*, n. 4.

- 3) Dicitur etiam *feudum aperibile*. In chartis Germanicis, occurrunt formulae, usgebige Häuser, zu offenen Häusern zu machen. Consuetudines Galilaeae vocant castrum iurabile, et redibile, (*Chateau, jurable, et vendable*). CANGIUS dissertationem 30. ad IOINVILLAM inscribit: *des Fiefs jurables et vendables*.

§. XL. Aut destinata seruitia ad certum aliquod munus obeundum. Initio differebant officia, et feuda, diuersaque erant Ius Curiae, et Ius feudi<sup>1</sup>. Sed demum officia ipsa in feudum dari coeperunt, quae feuda Ambachtae<sup>2</sup>, (*Ambachts-Lehn*) vocantur.

- 1) De discrimine inter Ius Curiae et Ius feudi insignis locus est in Diplomate Lotharii II. quo privilegia Monasterii Stabulensis confirmavit, (in MARTENII et DVRANDI Collectione T. II. p. 41. C.) *Hoc quoque in eodem loco abinudicari fecimus, et praesenti privilegio ininviolabiliter sancimus, ne iure hereditario villici, vel iudices fiant, sed utrumque ministerium, id est, villicaturae, et iurveria in potestate Abbatis, et gratiam consistat, et eis iure et lege ministeriorum, et non iure beneficiorum, diem et legem Abbas constituat. Et hoc diplomate, plus iam lucis, et auctoritatis, accipiunt, quae in eandem sententiam habet*

habet VETVS AVCTOR Libri de beneficiis, c. 130. Quicquid homo non suscipit per hominum, non iudicetur esse beneficium, sicut cum bona concedit dominus suis ministerialibus, NON PER HOMINIVM, SED SECVNDVM IVS CVRIAE. Haec concessio caret beneficii iure, sed est concessio officialis. Quis etiam, ministerialis natione, erit ex iustitia Dapifer, aut Secretarius, (forte Butelarius) aut Camerarius, aut Marschallus.

- 2) De feudis Ambachtae, in genere, SCHILTERVS in Commentar. ad Ius Feudale Alemannicum, cap. 112. et post cum BVDERS in Amoenit. Iuris Feudalis, cap. 10. vbi variae eiusmodi feudorum species produntur.

§. XLI. In illorum numero, sunt feuda Palatina, s. Aulica. Fuerunt autem antiquitus praecipui ipsius Imperii Officiales, Mareschallus, Camerarius, Pincerna, Dapifer. Eaque officia, et in reliquorum Principum aulis, praecipuae dignationis.

§. XLII. Inter reliqua Ambachtae feuda, notum imprimis est feudum Aduocatae\*, cum Aduocata ecclesiae alicuius, aut vrbis, aut per certum districtum, in feudum conceditur.

\* A MVNDELSHEIM de feudo Aduocatae, vom Boigten Lehn. ERASMVVS DE CHOKIER de Aduocatiis feudalibus.

§. XLIII  
diae, vi  
Gastaldia,  
praefectur  
urbem, au  
rextro feuda  
inter feuda  
tum, prop  
foliae, fit

1) STRY  
STRY

2) De Gal  
latomii  
ter scrip  
deliquit  
Gastaldi,  
vna!

3) l. p. 2.  
vel Guar  
anno p  
notione C  
ablata G

4) 10. 6

§. LXI  
res feruic  
currunt,  
buere. A  
fallus fidei

§. XLIII. Solet hic feudum Gastaldiae, vti singularis species, nominari<sup>1</sup>. Gastaldia, in Longobardis, nomen fuit praefecturae, siue administrationis, per urbem, aut certum terrae tractum<sup>2</sup>. In textu feudorum autem, non Gastaldia ipsa inter feuda connumeratur<sup>3</sup>, sed rei tantum, propter Gastaldiam, in feudum dari solitae, fit mentio<sup>4</sup>.

1) STRYKIVS in *Exam. Iur. Feud.* IV. 39. B. G. STRYVIVS, in *Iurisprud. Feud.* V. 22. p. 160.

2) De Gastaldis, post alios, erudite agit auctor *Explanationis tabulae chorographicae Italiae, medii aevi*, inter scriptores Rerum Italicarum T. X. p. 268. ubi disquirat, inter alia, cur in Cis-Tibernia Italia vari Gastaldi, contra vero frequentes in Trans-Tiberrina?

3) I. F. 2. Item illud, quod datur nomine Gastaldinae, vel Guardiae, et pro mercede alicuius rei, transacto anno potest iure auferri. Porro II. F. 94. Quod nomine Gastaldinae, vel Guardiae, in feudum datur, ablata Gastaldia, vel Guardia, iure auferri potest.

4) IO. GOTTLIEB GONNE, de Feudo Gastaldiae.

§. LXIV. Aliae etiam species singulares seruitii, aut praestationis feudalis, occurrunt, a quibus feuda cognomen habuere. Ita feudum *Plegii* dictum, si vallus fideiubere, aut obsidem etiam se dare, pro

pro Domino teneretur <sup>1</sup>: feudum *bursaticum*, (Weutel-Lehn) vbi, pro seruitio, pecunia est <sup>2</sup>: feudum *culinarium*, (Rüchel-Lehn) vbi res, ad victum seruientes, ad culinam domini praestantur <sup>3</sup>. De his infra pluribus agemus, vbi ipsa seruitiorum ratio explicabitur.

- 1) Conf. COMMENT. DE REB. IMPERII sub Henrico V. Lib III. §. 54.
- 2) IO. RVDOLPHI ENGAV Prolusio Academica de feudis *Bursaticis*, in Thesaur. Iuris Feudal. T. I. p. 1069.
- 3) Inprimis nota die Nürnbergischen Rüchel-Lehen, quorum sit mentio, in Imp. Ferdinandi III. Ordinatione Consilii Aulici, Tit. III. §. 10. Conf. Nachricht von denen Nürnbergischen Reichs-Rüchel-Lehen, in LVNICII Corp. Iur. Feudal. T. I. p. 1351. et seq. et GEORGII FRIDERICI DEINLINI Observationes de feudo *culinario*, in THES. IUR. FEUDALIS T. II. p. 89. et seq.

§. XLV. Vbi nulla seruitia debentur, feudum francum vocatur: non a gente Francorum, neque a terra Salica, vti nonnulli credidere, sed a vocabulo Germanico, quod idem, ac liberum, denotat \*. Eius species est feudum honorarium (*EhrenLehn.*)

\* HERM. RICHARTVS POLLMANN de feudo franco. Giessae 1699.

§. XLVI. Huc quoque referendum videri posset feudum Solare: quo nomine veni-

venit bona  
mini a sole  
quum, in bo  
Eius deficiat  
to minus se  
annumerat

1) Vid. A. H.  
et S. H. A.  
Germaniae,

2) Ita GYND  
tur, feuda b  
feudum tou  
bilis. Na  
quum poss  
et vibrato  
Feudum 2

§. XLVI

dorum app  
dine provin  
riae, cuius d  
Sed hae sur  
rumae, ne

1) Ita F. H. C.  
in Dipl. d  
Eius aute  
nis; bonis  
BANT I  
stius T. I.

2) Conf. Pro

veniunt bona, prorsus immunia, quae domini a sole se tenere iactitant<sup>1</sup>. Verum quum, in bonis eiusmodi, et dominus directus deficiat, neque adeo fidelitas, et multo minus seruitia locum habeant, plane annumerari feudis non possunt<sup>2</sup>.

1) Vid. AHASV, FRITSCHII *Diss. de Feudo Solavi*, et E. HARTMANNI AB ERFFA *Diss. de bonis Germaniae, feuda Solaria dictis*.

2) In GYNDLINGIANIS XII. 3. coniectura proferatur, feuda haec Sonn:Lehn dici, quasi Euhen:Lehn, feudum suum, proprium. Sed non satis illa probabilis. Nam qui eiusmodi bona possident, reuera, quum possessionem eorum adeunt, sub dio, armati, et vibrato versus solem gladio, profiteri solent, se Feudum a sole recognoscere.

§. XLVII. Occurrunt passim variae feudorum appellationes, a diuersa consuetudine prouinciae, in qua sita sunt<sup>1</sup>, aut Curiae, cuius dominium directum respiciunt<sup>2</sup>. Sed hae sunt differentiae pactorum, momentum, non speciei, seu feudi ipsius.

1) Ita ENGELBERTVS, Archiepiscopus Colonienſis, in Dipl. de an. 1222. de Henrico Duce Brabantiae: *Haec autem allodia praenominata, de manu nostra, cum aliis bonis suis, in feudum recepit, IVRE BRABANTINO*, ap. BVTKEſS in *Trophaeis Brabantinis* T. I. inter Probationes, p. 69.

2) Conf. Prolegomena §. 12.

\*\*\*\*\*

CAP. IV.

DE IIS, QUI FEVDVM  
DARE ET CAPERE POSSVNT,  
VBI DE VARIIS VASALLORVM  
ORDINIBVS.

De domino, s. seniore feudi. 1.

Quis dare feudum possit? 2.

Feuda Imperii vti concedat Imperator? 3.

idem Principes, Comites, etc. 4.

Praelati quomodo feuda concedant? 5. 6

De nomine vasalli, militis, fidelis, etc. 7.

Quid in genere requiratur, vt quis feudum acquirere possit? 8.

Feminae quomodo acquirant? 9. Item imperfecti, 10. impuberes, minores, 11. et filiusfamilias. 12.

Qui genere militari non sunt, quatenus feudi capaces? 13.

Quomodo ecclesiae feudum acquirant? 14. Quomodo vniuersitates, et collegia? 15.

Reges et Principes feuda tenent, etiam a Domino inferioris dignitatis 16.

Et ab ipsa Republica, cui praesunt. 17.

Diversi vasallorum ordines. 18. Iure feudali communi. 19. Itemque moribus Germaniae. 20

Ministeriales antiquitus a vasallis diuersi. 21.

Quomodo iure feudorum conserui coeperint? 22.

Septem

ET CA  
nem dyporum  
cinatas ill  
ffatus dicit  
De diuersis

Vbi iam  
canda  
cinus a co  
vasallum, q  
de personi  
pere possu  
quidem d

\* FRAN  
dorum,  
vent.  
feudi, h

§. II. V  
fit, requir  
suarum ar  
ex scop  
paret, Pri  
rum dor  
seruitiis  
vicissim i

\* Quod,  
etiam e  
vessitura

*Septem clypeorum militarium vulgaris recensio. 23. Incon-*  
*cinnitas illius. 24.*

*Effectus diuersitatis ordinis vasallorum. 25.*

*De diuersis titulis dignitatum ex militia. 26.*

§. I.

**V**bi iam ipsae feudorum causae expli-  
candae veniunt, initium merito fa-  
cimus a conuentione, inter dominum, et  
vasallum, qua feudum constituitur. Itaque  
de personis, quae dare feudum, et acci-  
pere possunt\*, hic agendum; et primum  
quidem de Domino, s. Seniore.

\* FRANC. DE AMICIS *Tractatus in materia feu-*  
*dorum, et praecipue de his, qui feudum dare possunt.*  
Vener. 1000. fol. AEGIDIYS MAGISTER *de*  
*feudis, hominis, et vassis.*

§. II. **Vt quis feudum concedere pos-**  
sit, requiritur quidem, vt liberum rerum  
suarum arbitrium habeat\*. Sed praeterea  
ex scopo feudorum, et vtu ipso, satis ap-  
paret, Principes praecipue, et potentes re-  
rum dominos, feuda constituisse, qui et  
seruitiis clientum opus haberent, et eos  
vicissim iuuare, ac protegere possent.

\* Quod, vt naturalem habet rationem, iure  
etiam communi requiritur. II. B. 5. *Novi in-*  
*uestitura feudi non ab alio recte fit, nisi ab eo,*  
E 2 *quis*

*qui legitime suorum bonorum administrationem habet.*

§. III. In Imperio Romano-Germanico, feuda immediata conceduntur ab Imperatore. Quodsi vero feudum aliquod maioris momenti, de nouo conferri debet, aut expectatiua in illud concedi, certo modo, Statuum consensus requiritur\*.

\* CAPITVLATIO IMPERIAL. Art. XI, IO.

§. IV. Porro et Principes Imperii Comites, et Dynastae, feuda concedunt\*, quae plerumque ad ministerium feudorum maiorum constituta sunt.

\* Immo et nobiles passim suos habent vassallos. Vid. Dn. EVDERI Observatio de vassallis Nobilium Landsassorum, in Amoenit. Iuris Feudal. num. 16.

§. V. Vt Episcopi imprimis, et Abbates<sup>1</sup>, in bonis Ecclesiae, feuda constituerent, vel ipsa postulabat ratio seruitiorum, quae Ecclesiae etiam Regi debebant, et quorum intuitu, Praelati ipsi quondam castra Regum sequi solebant. Eiusmodi feuda libere concedunt, modo sit res in feudari solita<sup>2</sup>, necdum incorporata mensae Episcopali.

2) Non

ET CA

1) Non obli  
vel Abbas  
feudum  
subiectas  
gorem, et  
ad lulte  
luis, qu  
ebent.  
2) Quae ve  
mino apert

§. VI. N  
cognatis sui

§. VII.  
antiquitas  
ac fidelen  
vsa praeu  
Homo etia  
Sed militis  
illis in spec  
militaria ac  
vocatur.

1) Antiqui  
tupitanti  
cos vigne  
des loix,  
antiqua  
stem et fi

2) Iam ap  
ratur, occ  
NVS LIS



- 1) Non obstat Textus L. Feud. 6. *Si Episcopus, vel Abbas, vel Abbatiss, vel Dominus plebis, feudum dederit de rebus Ecclesiarum, quae eis subiectae sunt, et tituli vocantur, nullum habent vigorem, etc.* Ibi enim agitur de bonis, destinatis ad sustentationem clericorum, qui in Ecclesiis suis, quae tituli nomine designantur, ministerium obeunt.
- 2) Quae vel semel in feudum data, iterumque Domino aperta, c. 2. X. *de feud.*

§. VI. Neque prohibentur concedere cognatis suis, si sint idonei.

§. VII. Qui feudum a Domino tenet, antiquitus Fidelis, Antrustio<sup>1</sup>, (quod idem ac fidelem denotat) Vassus<sup>2</sup>, et, quod usu praeualuit nomen, Vasallus<sup>3</sup> vocatur. Homo etiam dictus est<sup>4</sup>, et olim Miles. Sed militis vocabulum, successu temporis, illis in specie tribui coepit, qui ornamenta militaria accepissent<sup>5</sup>. Germanis proprie vocatur, Mann, Lehn-Mann<sup>6</sup>.

1) Antrustio occurrit apud MVRATORIVM, in *Antiquitatibus mediæ aevi*, T. I. p. 553. C. Apud Francos viguisse hoc nomen, ostendit Auctor *de l'Esprit des loix*, Lib. XXX. cap. 16. et 25. Descendit ab antiqua voce *Trust*. Unde et formula otta est, *trustem et fidelitatem iurare*.

2) Iam apud veteres Scriptores Rerum Francicarum, occurrunt voces Vassi, et Vassatici. AIMONVS Lib. IV. cap. 64. *Illic et Tassito, Dux*

## C. IV. DE HIS, QUI FEVDVM DARE

*Baioariorum, cum primoribus gentis suae, venit, et more Francico, in manus Regis ( Pipini ) in Vossaticum, manibus suis, semet ipsum commendauit. Vassos, in antiquis Bauatorum legibus, iam supra obseruauit, cap. 1. §. 12. not. 2. Sunt, qui existiment, Vassi, ac Vasalli vocabula, initio diuersi fuisse ordinis Sed hos refellit MVRATORIVS Antiquit. mediæ aevi Tom. I. p. 548. Et apparet sane, ex antiquis monumentis, promiscue haec nomina vsurpari.*

- 3) Vasalli vocabulum iam legitur in Diplomatis Conradi I. Regis, apud ECCARDVM, in Histor. Franciae Orientalis, T. II. pag. 833. & 843. Diuersas, de origine eius, coniecturas exponit RVDOLPHVS FRIDER. TELGMANN, in commentatione de genuina significatione Vasalli.
- 4) Homines alias Iure Romano vocantur, qui ministeria in praediis praestant, L. 2. C. de Episc. et Cler. item L. 4. C. de dignitat. In Cod. Theodos. L. 10. Tit. 26. est, de Conductoribus et hominibus Domus Augustae, quam legem Iustinianus transtulit in L. vn. C. de Conductoribus et Procuratoribus praed. fise.
- 5) Circa initium Seculi XIII. demum obtinuisse, vt militis nomen dignitatis militaris heret, obseruat BRVSSBLIVS pag. 679. Il est à remarquer à ce propos, que ce ne fut que dans le XIII<sup>me</sup> siècle, que ceux d'entre les nobles, qui étoient chevaliers, commencerent à prendre cette qualité dans les actes; Et qu'encore en l'année 1199. qui est celle de la datte de la Notice, dont il s'agit, le mot latin MILLES s'appliquoit également à tous les vassaux, soit qu'il fussent chevaliers, ou qu'ils ne le fussent pas. Et post pauca: Et ne fut donc, que vers l'an.

ET C

F au 1200  
nites le t

Nobles

cessa de

d' une g

2) Miram

DEVI  
idem, p  
apud Ro  
ditio.

Strucht,

§. VIII.

possit, pra

gandi se f

fit praest

ge, aut c

di, seruit

\* 10. H  
paribus

§. IX.

femina:

re, vt i

furius

\* De  
bus a  
in Pr

§. X.

ens acqu

L'an 1220. que l'on commença à donner dan les actes le titre de MILITES à ceux là d'entre les Nobles, qui avoient esté fait Chevaliers, et qu'on cessa de designer par ce mot les Vassaux en general, d'une grande terre.

- 2) Miram vasalli notionem dedit IO. PETR. IV-DEVIGIVS, in *Jure Feudali* p. 11. *Nexus Latii idem, quam Lehns-Knecht Germanorum.* Certe nexi apud Romanos durissima, et miserrima, erat conditio. Neque Germanis vasallus dicitur Lehns-Knecht, sed Lehns-Mann.

§. VIII. Ut quis acquirere feudum possit, praecipue exigitur, ut libera obligandi se facultate gaudeat, utque habilis sit praestando servitio. Cetera fere a lege, aut consuetudine speciali, aut ipsa feudi, servitiorumque, indole, pendent\*.

\* IO. HEHR. BOECLERVS de *personis feudi incapibus.*

§. IX. Regulariter ergo arcetur a feudo femina: atque imperfectus, siue corpore, uti surdus, ac mutus; siue animo, uti furiosus, aut mente captus\*.

\* De Imperfecto feudi incapace, et in quibus casibus admittatur, agit GREGOR. HARPAEVS in *Praejudiciis feudatibus*, 3. et 4.

§. X. Quod si tamen Dominus, sciens atque volens, talem inuestire volue-

rit, gratia vasallo facta videtur, vt per substitutum seruitia exhibeat.

§. XI. Ita etiam infantes, impuberes, minores feudum acquirunt<sup>1</sup>, eodem modo, quo alias eiusmodi personae acquirere possunt. Inuestitura vel tutori conceditur, vti de feudis Imperii dispositum est, in Capitulatione Imperiali<sup>2</sup>; vel differtur ad maiorem aetatem.

1) NEVRATHI minor in feudis.

2) Art. XI. §. 5. Quem locum dabimus infra, vbi de tutela feudali agitur.

§. XII. Si filiofamilias datum feudum quaeritur, an patri competat vsusfructus? Vbi quidem ad titulum, quo feudum ad filiumfamilias peruenit, et tenorem inuestiturae, pactumue adiectum, respici debet\*.

\* Splendidum exemplum vidit nostra aetas, quum, a Carolo VI. Imperatore, Infanti Hispaniae, Carolo, (nunc Siciliae Regi) daretur inuestitura euentualis Magni Ducatus Etruriae, nec non Ducatus Parmae, et Placentiae: illumque emanciparet pater, Philippus V. Rex Hispaniae. Vid. Reichs; Fama P. IV. cap. 16.

§. XIII. Antiquitus militaris tantum generis personae acquirere feuda poterant. Suc-

Successu te  
missi. Id  
gis conce  
per Thuri  
toribus L  
Ceterum f  
sticam dari

1) Conf. co  
de privileg  
Mysiae et

2) Cap. III

vtum cie  
opus est d  
suis acquir  
dubie possu  
prohibita  
am\*. De  
nali, et su  
erit oppo

\* Ita voca  
lenel ve  
muntur,  
vos tran  
dicuntur.  
libro de  
da. Colo

Succēssu temporis, etiam ciuitatenses admissi. Idque singularibus passim priuilegiis concessum, vti ciuibus et oppidanis per Thuringiam, et Misniam, ab Imperatoribus Ludouico Bauaro, et Carolo IV<sup>o</sup>. Ceterum feudum quoque vrbānum, et rusticum dari, iam supra obseruatum<sup>2</sup>.

1) Conf. GODOFR. LUDOVIGVS MENCKENIVS de priuilegio acquirendi bona nobilia, quod incolis Misniae et Thuringiae competit.

2) Cap. III, §. 25.

§. XIV. Ad explicandam quaestionem, vtrum clerici capaces sint feudi, non vna opus est distinctione. Namque Ecclesiis suis acquirere feuda, eaque tenere, haud dubie possunt, nisi vbi lege speciali prorsus prohibita sit alienatio ad manum mortuam\*. De clericorum acquisitione personali, et successione in feudo, alibi agendi erit opportunior locus.

\* Ita vocatur, quia bona, quae in potestatem Ecclesiae semel venire, communi hominum commercio eximuntur, nec amplius de manu in manum inter vivos transeunt. Vnde et bona eiusmodi amortizata dicuntur. Conf. PETRVS PECKERVS singulari libro de Amortizatione bonorum a Principe impetranda. Coloniae 1582. 8.

§. XV. Etiam Vniuersitates, et Collegia, acquirere possunt feuda. Solent autem constituere Prouasallum, (*Lehnträger*) qui procuret seruitium, et quo moriente, itidem petatur renouatio inuestiturae, ne detrimenti quid curia feudalis, ratione laudemii, sentiat.

§. XVI. Nihil quoque impedit, Regem aut Principem feudum accipere ab alio, etiam minoris dignitatis domino<sup>1</sup>, immo uasallo suo<sup>2</sup>. Principes enim, diuerso respectu, plures personas morales sustinere possunt, nec vinculum feudale derogat libertati, aut summitati imperii.

1) Ita Reges Daniae, tanquam Comites Oldenburgi, accipiunt agrum Budiadingum. (*dos Budiadinger Land*) quae est portio Comitatus Oldenburgici, in feudum, a Ducibus Brunsvici. Vid. STRYKII *Examen Iuris Feudalis*, in Appendice, n. 18.

2) LVDOVICI Diss. *de Domino, uasalli uasallo*.

§. XVII. Sic etiam ab ipsa Republica, cui prae est Princeps, atque adeo, certo respectu, a semet ipso, feudum habere potest<sup>1</sup>. Quod olim quidem dubio non caruit<sup>2</sup>; sed in Imperio certe iam dudum obtinet. Utque Imperator inuestituram etiam feudorum suorum petat, in ipsa Capitula-

ET C  
pitatione  
emplum  
or ex pri  
uestituras  
rent, Reg  
striae no  
rum, et h

1) Dubitatio  
re possit,  
quaedam  
Ioh. Coer

2) Briam  
Nauat.  
da eius  
Sed est  
edito h  
de c. 1  
au ruff  
anparac  
1798.

3) Art. X.  
VII. H  
perit  
Matb.

4) Inuest  
in in  
T. II.

§. XV  
dali, occ  
tate etia  
Quae diu

pitulatione cauetur<sup>3</sup>. Nouissimum exemplum Imp. Carolus VI. dedit. Is quatuor ex primariis ministris delegauit, qui investituram, ipsius nomine, et ab ipso peterent, Regni Bohemiae, Archiducatus Austriae, nec non feudorum Burgundicorum, et Italicorum<sup>4</sup>.

1) Dubitatum olim fuisse, an Imperator feudum tenere possit, apparet ex II. F. 100. De vetere more, quaedam attingi in *Commentariis de Rebus Imperii sub Conrado III. Lib. V. §. 24.*

2) Etiam in Gallia, quo tempore Henricus Borbonius, Navarrae Rex, ad Regnum petuenit, erant, qui feuda eius consolidari dominio Coronae contenderent. Sed contrarium propugnabat CLEMENS VAILLANT, edito libro, cui titulus: *Opuscule par contro opinion de CLEMENT VAILLANT, que par l'elevation du vassal à la dignité Royale, les fiefs, qu'il avoit auparavant, ne sont unis au Domaine public.* Paris 1798.

3) Art. X. II. 12. Conf. IUSTINVS FRIDERICVS VILHELMVS IKEN, de Imperatoris atque Imperii primariis vasallis, Imperatore atque Augusta. Marb. 1751.

4) Inuestitura peracta est an. 1727. die 19. Aprilis, in interiori Conclau Palatii. Vid. *Reichs-Fama*, T. III. p. 331. et seqq.

§. XVIII. Ceterum diuersi, in Iure Feudali, occurrunt vasallorum ordines, dignitate etiam, titulisque honorum, discreti. Quae diuersitas ortum habet, partim ex anti-

antiquis militiae institutis, et diuerso feudorum, cum supremo Domino, nexu, partim ex diuersa illorum \* dignitate.

\* Conf. LA ROCQUE in Tr. de Nobilitate cap. 83. quo agitur, des Dignités feudales, et politiques.

§. XIX. Tres vasallorum ordines, ex moribus Italiae, II. Feud. 10. memorantur. Primus ordo fuit Ducum, Marchionum, Comitum, qui a Rege feudum Regale tenebant, atque Capitanei regni dicebantur<sup>1</sup>: secundus Valuasorum, qui a prioribus feudum habebant<sup>2</sup>. Ab his iterum, qui beneficium acceperint, Valuasores minores, s. Valuasini, appellati sunt<sup>3</sup>.

1) II. Feud. 10. Is Capitaneus appellatur, qui proprie Valuasor maior appellabatur. Qui vero a Capitaneis antiquitus beneficium tenent, Valuasores sunt. Qui autem a Valuasoribus feudum, quod a Capitaneis tenent, similiter acceperint, Valuasini, id est, minores Valuasores appellantur, qui antiquo quidem vsu consuetudinem feudi nullam habebant. Valuasore enim sine sisko mortuo, feudum, quod vasallo minori dederat, ad Capitaneum reuertebatur. Sed hodie eodem iure utuntur, in Curia Mediolanensi, quo et Valuasores. Trium horum Ordinum, disertis verbis, meminit OTTO FRISINGENSIS, de gestis Friderici I. Imp. Lib II. cap. 13. vbi de moribus Italiae scribit: tres inter eos ordines, id est, Capi-

Capitaneus  
Antiquior

v. 12 T.

Contra

et greg

entes

M E N T

Lib. V.

2) Capitaneus

Comitiss

in Antiqu

nelio, v.

Mediolan

1 V N O R

tatum fu

seruat a

3) Hos o

liae, v.

Feudalis

extra It.

Ita in D

anno 94

numera.

§. XX.

vasallos di

nomine c

gnare sol

tissima a

runt<sup>2</sup>.

1) Ita 2

licet pa

sentis, p



*Capitaneorum, Valuasorum, plebis, esse noscuntur. Antiquior etiam diuersitatis huius mentio, apud VVIPPONEM in vita Imp. Conradi Salici p. 140. Coniurauerant enim omnes Valuasores Italiae, et gregarii milites, contra dominos suos, et omnes minores contra maiores. Conf. COMMENTAR. de Rebus Imperii sub Conrado II. Lib. V. §. 14.*

2) Capitanei et Valuasores occurrunt in diplomate Comitissae Mathildis, apud MYRATORIVM in *Antiquit. Tom. I. p. 638.* GUERENEUS de Puzobonello, VALVASOR STRENVVS, inter Procetes Mediolanensium occurrit, apud LANDVLPNVM AVNIOREM, cap. 39. Extra Italiam quoque vtitatum fuisse Vauaforis nomen (*Vauafor*), obseruat ROTQVIVS l. c. p. 242.

3) Hos ordines Vasallorum, in Regno tantum Italiae, viguisse, contendit BYBENIVS in *Electis Feudalibus*, cap. 11. §. 19. Sed omnino etiam extra Italiam diuersitas vasallorum in vsu fuit. Ita in Diplomate Conradi, Burgundiae Regis, de anno 944. subscribunt *Vassi Domini maiores et minores.*

§. XX. In Germania quoque inter vasallos diuersitas<sup>1</sup>. Ordinem autem ipsum, nomine clypei militaris, (*Heerschild*) designare solent, quod clypeus, et galea, gratissima antiquitus militum insignia fuerunt<sup>2</sup>.

1) Ita BRVNO de Bello Saxonico p. 210. Similiter pacis oscula dederunt ordinis secundi, suis sersis, pacis utrinque, milites. Et hodiernum diuer.

diuersam habent rationem der Herren-Stand. und Ritter-Stand.

- 2) Inde formula: zu gleichem Schild und Helm. Conf. BVCHARII GOTTLIEB RINCKII Diss. de eo quod insitum est, circa galeam.

§. XXI. Differabant initio, a vassallis, ministeriales, (Dienst-Leute) proprie sic dicti <sup>1</sup>, qui iure Curiae regebantur, diuerso a iure beneficii <sup>2</sup>. Veteres scriptores eos familiae nomine comprehendunt, atque sic quoque a Vassatico, siue militia feudali, distinguunt. <sup>3</sup>.

- 1) Varias vocabuli huius significationes notavi in Princ. Iur. Publ. Lib. VII. cap. 1. §. 17.  
 2) Diuersitatem inter Ius Curiae, et Ius Feudi (Hofs Recht, und Lehn-Recht) attingi, cap. praeced. §. 41.  
 3) Vita S. HERVARDI cap. 29. in *Scriptor. Rerum Brunsvicensium* T. I. de Sophia, Abbatisa Gandersheimensi, Imp. Ottonis II. filia. *Hos consciuit Sophia: cunctos videlicet, quos de VASATICO Archiepiscopi, vel FAMILIA illius, convocare poterat, omnes suos notos, et familiares, et de PROPRIA FAMILIA manum validam.*

§. XXII. Successu temporum, sensim sublata est illa diuersitas <sup>1</sup>, et Ministeriales iure feudorum censerunt, et militari ordini et nobilitati se inferere coeperunt <sup>2</sup>.

- 1) Non vno tempore, neque eodem modo contigit, vt ministeriales ad lautioram conditionem assur-

affugerent.

pag. 124.

opit.

passive

Ecclesiasti

collatam

debant.

more ut

Abbotum

ca annu

in Antip

Si quis

et calida

monentur

per p

jugabant.

2) Ita de

T 219

napit

unac am

§. XXII

lis Saxoni

peos, siue

sent.

1

Regi Rom

Ecclesiasti

rum Dyn

bertatis h

sexrum m

fioribus

assurgerent. RICHARDVS de casibus S. Galli pag. 124. ubi de temporibus Henrici IV. Imperatoris agit: In hac pestilentia fideles huius Ecclesiae inter se possessiones suas diuidebant, ministeriales optimos manjos Ecclesiarum nostrarum eligebant, callarii Ecclesiae iure villicationis, in modum beneficiorum, habere contendeant, et contra consuetudinem, quidam ex ipsis, more nobilium, gladium cingebant. Similis quarela Abbatum Fuldenſium legitur in vetere charta, (circa annum 1160. confecta) apud BROVERVM, in Antiquitat. Fuldenſ. Lib. II. cap. 18. §. 266. Si quis Abbatum iis contradicere vellet, ingeniosa et callida argumentatione iuris sui Rebus Recti nominant, anguis more, de manibus elapsi, per anfractus sermonum, sine suo discrimine, effugiebant.

- 2) Ita de suo adhuc tempore ALBERT. CRANTZIVS, in Metropoli Lib. VI. cap. 1. Quae nuptiis implere plurimas domos ministerialium, qui nunc amant dici militares.

§. XXIII. Compilatores Iuris Feudalis Saxonici, et Alemannici, septem clypeos, siue gradus ordinis militaris, recensent<sup>1</sup>. Primum tribuunt Imperatori, siue Regi Romanorum, secundum Principibus Ecclesiasticis, tertium Secularibus, quartum Dynastis liberis, quintum mediae libertatis hominibus, (den Mittel-Freyen) sextum ministerialibus, septimum honestioribus de plebe, qui Synodis, siue Placitis

eitis Scultetorum affidere poterant, *Semper-Leuten* 2.

1) SPEC. SAXON. Lib. I. art. 3. De septem his clypeis militaribus, exstant MICH. FRAVN Politische Betrachtung von den Heerschilden des Teutschen Adels. Ulm 1672. PHIL. SPERL de clypeis militaribus Germanorum. Norib. 1736. 4. Sed instar omnium esse potest 10. SCHILTERVS in Comment. ad *Ius Feudale Alemannicum* cap. 1.

2) A vetere *Sunbar*, *Sendbar*. In Glossa Speculi Saxonici Lib. I. art. 2. memorantur *Seentschöppen*. Ita dicuntur *Schöppenbar*, qui Scabini creari poterant. SPECVL. SAXONIC. l. 18. Wenn der König des Reichs Diensteute zu Schöpfen besteyen söune?

§. XXIV. Verum in iis describendis, male et ipsi sibi constant<sup>1</sup>. Atque adeo in mentem venit viris doctissimis, non tam vasallorum classes, aut feudalis militiae ordines, quam nobilitatis, et dignationis in vita ciuili, gradus, his nominibus designari<sup>2</sup>. Certe, clypei illi, quicquid demum artifices ipsorum in animo habuerint, ad hodiernum statum, vbi plane immutata res militaris, aliaque seruitiorum et dignitatum ratio est, minime quadrant.

1) Quis

1) Quis enim fallorum a referri i. adhauc: trove sol. et ist. di. Geroyfch. lan. noga.

2) Conf. s. dal. cap. 6. de v. p. si erg. 4. gradus no. false, no. hoc est. v. p. i. confizant. mixti, riat, i.

§. XXV. dines vasall. plina feuda. poterat tra. um, qui no. ratis, seu. v. nio ineun. fue clype. parentis n. Germani d. tius in inu.

1) Quis enim ferat, si clypeos illos de ordine vasallorum accipere velis, Imperatorem inter vasallos referri? Et de septimo clypeo ipse auctor valde aduertat: cap. 1. §. 2. Also lutzel so vuan, so die vvelt sol zergan, do vuir yetze inne sint, vvenne es ist die sibenende vvelt; als vveys man von keiner Gewiszhait, obe der sibenende Herzhilt Lehnrecht haben moge, oder nicht.

2) Conf. B. G. STRVVIVS in Iurisprud. Feudal. cap. 6. §. 10. p. 196. Similiter MOLLERVS de vsu distinctionum feudantium, cap. 6. dist. 9. Si ergo quid video, per hos septem clypeos non gradus nobilitatis solum, nec classes vasallorum solae, nec ordines exercitus solum, sed omnes simul, hoc est, status apud veteres Germanos civiles diversi, in genere, et ordines personarum, in singulis constitutarum, ex nobilibus, vasallis et militibus mixti, et quomodo hi sibi inuicem subordinati fuerint, indicantur.

§. XXV. Effectus diuersitatis, inter ordines vasallorum, varii occurrunt in disciplina feudali. Ita Dominus directus non poterat transferre dominium suum in alium, qui non esset eiusdem ordinis, et dignitatis, seu, uti vocabant, clypei<sup>1</sup>. In matrimonio ineundo, sollicitè olim paritas ordinis, siue clypei, seruabatur, ut aequa vtriusque parentis nobilitate censerentur liberi, quod Germani dixerunt Ebenbürtig<sup>2</sup>. Nec iudem ritus in inuestitura.

F rium

32 C. IV. DE HIS, QUI FEVDVM DARE

rium, aequalitas requirebatur<sup>3</sup>: inque iudicio, et processu feudali<sup>4</sup>, et ipso adeo duello<sup>5</sup>, quod species quondam erat probationis legitimae.

1) Confer. EYCHAR. GOTTLIEB. RINCKII  
Diss. de clypeorum ratione habenda, in feudis alienandis.

2) Id adeo, intuitu Procerum Imperii, discretis verbis, cautum, in Capitulatione Imp. Caroli VII. art. XXII. 4. et repetitum, in Capitulatione novissima.

3) Conf. Dissertatio de Paribus Curiae §. 7.

4) Atque ita, si de iure ministerialis esset quaestio, ministeriales iudicio intererant: ut observatum, in COMMENTAR. de Rebus Lotharii II. et Conradi III. L. V. §. 29.

5) SPEC. SAXON. Lib. III. art. 65. Doch antwortet daselbst niemand einem, der nicht seines gleichen ist, zu Kampfe. Exemplum militis, ministerialem e duello reiicientis, adduxit Dn. ESTOR de ministerialibus p. 275.

§. XXVI. Discrimen vero, quod inter ordines militaris viros, ex institutis militiae, obrinuit, ut alii praecipue milites, siue equites, (Ritter, Chevalier) alii armigeri, aut scutiferi, (Edle-Knechte,) vocarentur, non est huius loci. Sunt enim

ET C  
enim haec  
mina, D  
rum non  
feudo ip  
contuler  
praeind  
torialis\*.

\* Id, disc  
NE IM  
De mori  
Si le R  
sans pri

enim haec gradus, et honoris militaris, nomina. Dignitas autem personalis vasallo- rum non adficit qualitatem feudi. Imo si feudo ipsi ampliorum dignitatis titulum contulerit Dominus superior, id fit sine praeiudicio Domini proximi, et iuris territorialis\*.

\* Id, discretis verbis, cauetur in CAPITVLATIO- NE IMPERIALI, Art. XV, 2. et Art. XXII. De moribus Galliae testatur LA ROCQUE p. 243. *Si le Roi veut eriger un Atriere. fief en dignité, c'est sans prejudice de la mouvance du Seigneur.*



\*\*\*\*\*

## CAP. V.

## DE TUTELA FEVDALI.

*De origine tutelae feudalis. 1.**Antiqua eius ratio 2.**Vnde illi nomen Anfall, Gardia nabilis? 3. Vbi et de  
maritagio.**Exempla eius in feudis Imperii 4. 5.**Vnde tutela fructuaria dicatur? an adhuc illi locus? 6.**Iuris communis usus in tutela feudali. 7.**Quis tutor in feudo legitimus? 8.**De tutela dativa in feudo 9.**In feudis Imperii etiam mater ad tutelam admittitur. 10.  
Aliter in Saxonia. 11.**De inuestitura minorum. 12 et seqq.**De maiori vasallorum aetate. 13.*

## §. I.

**E**x quo domini coeperunt filio, etiam impuberi, paternum feudum relinquere, locus demum factus est tutelae feudali \*.

\* II. Feud. 26. §. 5. Si quis decesserit, filio impubere relicto, fidelitatem nec ipse, nec alius pro eo facere cogetur: idem de seruitio personali. Alius tamen pro faciens seruitium admittatur

## §. II.

§. II. Q  
impuber  
li, quam  
nebat,  
feudi, ale  
nec serui  
dum, vna  
ranquam p

§. III. F  
Feudali G  
Anfall,  
vasalli,  
Moribus  
vocat:  
Angliae, f  
iunctum n  
beros vas  
bat domin

1) Vid. II.

2) Ita di  
tion  
feudali  
fallus  
GRV  
addito

1) CRA



§. II. Quoties enim vasallus heredem impuberem reliquisset, custodia tam pupilli, quam ipsius feudi, ad dominum pertinebat. Is aut ipse percipiebat fructus feudi, alebatque vicarium pro vasallo, donec seruitio idoneus euaderet, aut feudum, vna cum custodia impuberis, alii, tanquam prouasallo, concedebat.

§. III. Haec pupillorum tutela, Iure Feudali Germanico, vocatur *Angefälle*, *Anfall*<sup>1</sup>, quoniam feudum, aequae ac filius vasalli, recidit in potestatem domini<sup>2</sup>. Moribus Galliae Gardia, veluti custodia, vocatur: in Scotiae, et quondam etiam Angliae, feudis, *Warda*<sup>3</sup>. Cum illa coniunctum maritagium, seu ius maritandi liberos vasallorum, quos in custodia habebat dominus<sup>4</sup>.

1) Vid. *Ius Feudale Alemannicum*, cap. 99.

2) Ita dicitur deuolutio feudi ad dominum, tam ratione ipsius utilitatis domini, si vasallus sine herede feudali decedit, quam ratione ususfructus, quod vasallus in minore aetate est constitutus. Conf. *GRUBERVS*, in Indice vocabulorum rarioris usus, addito *Originibus Lixoniensibus*, in voce *Aneuelle*.

3) *CRASIVS* Lib. II. Tit. 20.

- 4) Vid. idem CRAGIUS l. c. Tit. 21. Insignis, in hanc rem, locus apud MVRATORIVM est, in *Antiquit. mediæ ævi* T. IV. p. 20. inter privilegia, quæ Henricus IV. Pisani dedit an. 1081: *Nec puellis, nec viduis maritum interdicens in Comitatu Pisano Nec pretium inde civile tollemus: nec inuito alicui coniugabimus.*

§. IV. Et viguisse quondam, per Imperium, hanc tutelæ speciem, varia exercitæ ab Imperatoribus Ottone M.<sup>1</sup>, Henrico IV.<sup>2</sup>, Friderico II. exempla probant<sup>3</sup>, Fridericus II. adeo eiusmodi tutelam Henrico, Duci Lotharingiæ et Brabantiae, in suo Ducatu, singulari diplomatae, adiudicavit<sup>4</sup>.

- 1) Ita Otto M. post interitum Gisilberti, Ducis Lothariorum, Ottonem aliquem, filio eius tutorem, et simul Lotharingis Ducem, dedit. De quo VITICHIANDVS Lib. II. p. 648. *Praeficiensque (Otto Rex) regioni Lothariorum Ostonem, Ricovini filium, et ut nutriret nepotem suum, filium Gisilberti, optimaæ spei puerulum, nomine Henricum, reuersus est in Saxoniam.*

- 2) Exemplum sub Imperio Henrico IV. occurrit apud ANNAL. SAXON. ad an. 1106. p. 615. ubi, narrata morte Vdonis, Marchionis Saxoniae Aquilonalis, pergit: *Rodolpho, fratri illius, commissæ est Marchia, per octo annos, ab Henrico Rege, ut nutriret filium eius, Henricum.*

- 3) Vid. not. 1. ad §. sq.

Imperator  
1219. Ho  
testatur  
suo mon  
rentibus  
in Trop  
p. 66.

§. V.  
agnati pup  
telam ipsan  
Dominus c  
in gratiam  
moris vest  
ac aliarum

1) Ita Me  
denburgi  
Magdebu  
tutelam  
Diploma  
in Hist  
Dei gra  
natum  
Prin  
Marchi  
videlicet  
annos,  
rator S  
fendor  
Imper  
rator  
ppellan

- 4) Imperator Fridericus II. in diplomate, anno 1219. Henrico, Duci Brabantiae, dato, iuris esse testatur: quod de vniuersis bonis, quae de Ducatu suo mouentur, omnium heredum, mortuis parentibus, tutor habeatur: apud **BUTKENS** in *Trophæis Brabantiae* T. I. inter probationes, p. 66.

§. V. Solebant autem matres, vel agnati pupillorum, fructus feudi, et tutelam ipsam, a Domino, vel ab eo, cui Dominus concesserat, pecunia redimere, in gratiam puerorum vasallorum. Cuius moris vestigia aequè in feudis Imperii<sup>1</sup>, ac aliarum regionum<sup>2</sup>, reperiuntur.

- 1) Ita Mechtildis, Alberti II. Marchionis Brandenburgici, vidua, ab Alberto, Archiepiscopo Magdeburgico, 1900. marcis argenti, redemit tutelam filiorum, Ioannis I. et Otonis II. Vid. Diploma, de anno 1221. apud **DEGMANNVM** in *Historia Anhaltina*, T. I. p. 127. Mechtildis Dei gratia Marchionissa, Ioannes, et Otto, filii eius notum esse volumus, quod cum post mortem Illustris Principis, Domini Alberti, mariti ac patris nostri, Marchionis Brandenburgensis, adhuc nobis, Ioanne videlicet, et Ottone, filiis eius, existentibus infra annos, Serenissimus Dominus noster, et Rom. Imperator Semper Aug. et Rex Siciliae, tutelam omnium feudorum, quae idem Dominus et pater noster ab Imperio tenuit, ex morte ipsius, sibi Dominus Imperator vacare dicebat, quae Aneuelle vulgariter appellantur, Domino Alberto, Magdeb. Episcopo,

per sententiam Principum Imperii commississet, nos Mæchtildis Marchionissa, et nos Ioannes et Otto filii eius, tutelam ipsam a Dno AEpiscopo duximus redimendam, spondentes ei in redemptionem eius 1900. marcas argenti. Cuius negotii seriem egregie illustrat GEBHARDVS in *Machionum Aquilonalium Genealogia*, p. 128. sq.

- 2) In ROTVLIS NORMANNIÆ T. I. p. 244. inducitur charta, de anno secundo, Iohannis, Angliæ Regis: Iohanna, quæ fuit uxor Hermannii de Menil, dat Domino Regi sexaginta libras Andegavenses, et unum palefridum, PRO HABENDA CUSTODIA PVERORVM SVORVM, cum sergenteria, quam ipse Herbertus de Rege tenebat.

§. VI. Recentioribus hæc tutelæ speciem fructuariam appellare visum est\*, quod tutor fructus feudi perciperet, modo educationem vasalli, et seruitium, procuraret. Ceterum, in feudis per Imperium, vsu iam dudum abolita est: neque congrueret indoli feudorum recentioris æui.

- \* Non tamen, de indole tutelæ fructuariæ, convenit inter Auctores, qui præcipue de illa egerunt. LUDWIGIVS in *Commentar. ad Aur. Bullam* T. I. p. 719. agnatis illam competisse contendit: quod merito in dubium vocavit Dn. FLISCHERVS p. 291. Repugnat certe testimoniis, quæ modo de Gardia Domini produxi.

§. VII.

§. VII.  
que vasalli  
satisfactio  
rum, atq  
mune, ni  
faciat \*

\* Exemplum  
infra §. I  
competit  
cum non  
6. §. 12.

§. VIII.  
testament  
constituta  
agnati tute  
a domino

1) Ita v. c.  
rauenti,  
agnatorum

2) HORN  
Saxonici  
habenda  
agnation  
STRV  
p. 22 v.  
nico in  
deferatur  
facta det  
agnationis  
mune, d

§. VII. Obtinet potius in tutela quoque vasallorum, quod species tutelae, satisfationem<sup>1)</sup>, et confirmationem tutorum, atque in ingerenda tutela, ius commune, nisi vbi qualitas feudi exceptionem faciat \*.

\* Exemplum, in tutela feudali, per Saxoniam notauit infra §. 11. Sic et hypotheca tacita, quae pupillis competit in bonis tutorum, in feudo regulariter locum non habet. De quo vid. HORNIVS cap. 6. §. 22.

§. VIII. Itaque ratio habetur tutelae testamentariae, aut si qua, pacto familiae, constituta fuerit<sup>1)</sup>. Legitima est proximi agnati tutela<sup>2)</sup>. In earum defectu, tutor a domino datur<sup>3)</sup>.

1) Ita v. c. in Domo Brandenburgica, per pactum Geraiense, de anno 1603. prospectum est legitimae agnatorum tutelae.

2) HORNIVS cap. 6. §. 15. existimat, in feudis Saxonice, inuestiturae simultaneae rationem hic habendam, qua sola ius succedendi nitatur. Sed agnationis praerogatiuam tuetur EYRC. GOTH. STRVVIVS, in *lurisprud. Feudali*, cap. 7. §. 7. p. 225. not. \* scribens: *Verum dum iure Saxo-nico intela semper dem nächstien Schwertmagen deferatur, nulla plane circa tutelam mentio facta der gesammten Hand, potius circa eandem agnationis iura esse recipienda crediderim, maxime, dum non semper ius succedendi considerare*

zur, prout in tutela materna videmus. Eaque sententia et ipso Curiae usu probatior.

- 3) De privilegio nobilitatis immediatae, intuitu tutelarum, vid. FRING. IUR. PUBL. Lib. 7. cap. I. §. 37.

§. IX. In feudis mediatis, tutorem dat, confirmatque, Dominus territorialis\*. Quod si vassallus, ab alio insuper domino, feuda habet, ab eo quoque confirmationem tutor peret, aut vassallo impuberi dominus alium tutorem, intuitu feudi, dabit.

- \* Publicis scriptis ventilata fuit haec quaestio, quum, post obitum Principis Caroli, Comitis Mansfeldiae, mater, tutelam filii vnici, Henrici, sibi assereret. Tum enim Rex Poloniae, Fridericus Augustus, vti Elector Saxoniae, et Rex Prussiae, tanquam Magdeburgi Dux, iure Superioritatis Territorialis, et dominii directi, alios illi tutores dederunt. Hoc ius Aula Saxonica, publico scripto, exposuit. Pro tutela matris prodit Deductio, sub tit. Unumstößliches Vormundschafft's Recht etc. (quae inserta deinde fuit der Reichs Fama P. XIII.) Opposita huic scripto Vindiciae Iuris Saxonici, sub, tit. Gründliche Beantwortung des sogenannten unumstößlichen Vormundschafft's Rechts etc. 1719.

§. X. In Feudis imperii, mater quoque, et auia, tutelam gerere possunt. Nec modo

modo testan  
tutrices sol

\* Materna  
Impressio  
III. de  
I, mori  
voti, C  
fendi, M  
rigiani  
no 1638  
tutores co  
ctoriv  
VIII p.  
des guerr  
la, trati  
et armis  
de Præli  
pator,  
Sabandica  
lum Duc  
Regis Ga  
bouca

§. XI.  
tutrici, ad  
ram habe  
tinentium  
exhibet.

\* Antiqui  
MODV  
to obitu  
Comitiam

modo testamento institui\*, sed etiam daturitrices solent.

\* Materna haec tutela non extra contradictionem fuit. Inprimis acriter disputatum, imperante Ferdinando III. de tutela Sabaudica. Scilicet Victor Amadeus I. moriens an. 1637. tutelam testamento detulerat uxori, Christinae de Francia. Verum fratres defuncti, Mauritius Cardinalis, et Thomas, Carigniani Princeps, contradicebant. Imperator anno 1638 irritato testamento, patruos pueri Ducis, tutores constituebat. Quae vberius exponit VICTORIUS SIRI in *Memoriis reconditis*, Vol. VIII p. 714. et seq. et BOUGEANT *Histoire des guerres et des negotiations*, p. 300. Sed Ducissa, fratris Ludouici XIII. auxilio, tutelam suam vi et armis asseruit. Itaque quum, in bello tricennali, de Praelimiariis Pacis ageretur, noluit initio Imperator, in literis commearus, pro legatis Aulæ Sabaudicæ expediendis, Tutricis et Regentis titulum Ducissæ viduæ tribuere; insistentibus tamen Regis Galliae Legatis, demum concessit. Vid. BOUGEANT l. c. p. 467.

§. XI. In Saxonia, matri, aut auiaë, tutrici, adiungitur tutor feudalis, qui curam habet rerum, ad feudum ipsum pertinentium\*. Fructus autem feudi tutrici exhibet.

\* Antiquum exemplum huius rei suppeditat HELMOLDVS Lib. II. cap. 5. pag. 224. vbi, narrato obitu Adolphi II. Comitis Hollaricæ, addit: *Cometiam vero tenuit Mechtildis, vidua eius,*  
CUM

*cum filio tenello. IDEM* deinde, quum ingruens bellum militaria seruitia requireret, adiunctum matri tutorem scribit, cap. 7. p. 226. *In tempore illo, Comitiom Holfatiae, Sturmariæ, acque Wagriæ administrabat vidua Adolphi Comitis, cum filio, adhuc tenello. Propter conjurgentes autem bellorum motus, posuit Dux puero tutorem, qui præcesset armis, Henricum Comitem, Turingia natum.*

§. XII. Etiam quæ de auctoritate tutorum, iure communi, statuta sunt, in feudo valent. Inuestitura tutori datur<sup>1</sup>: et in feudis Imperii adeo matri tutrici<sup>2</sup>.

1) CAPITVLAT. IMPERIAL. ART. II. §. 6.  
Wenn auch ein Chur- Fürst, Fürst, oder sonst ohnmittelbarer Stand und Lehmann des Reichs mit Tode abgehet, und minderjährige Lehn- Erben, siue puberes, siue impuberes; hinc ter sich verläßt, so soll der Vormund, oder die Vormünder, nach angetretener wirklichen Administration der Tutel, oder Curatel, ihr, der Minderjährigen, von dem Reiche habende Regalien und Lehen, innerhalb Jahr und Tag, wirklich suchen, und bey der darauf folgenden Belehnung, das gewöhnliche Iuramentum fidelitatis ablegen, und die Gebühr entrichten. An welche, der Vormünder, Empfangung, und eydliche Versprechung, die Minderjährige selbst, nach erlangter Pubertät, und respectiue Majorennität, dergestalt gebunden seyn sollen, als wenn sie, Minderjährige, berührte Regalien und Lehen, nach übernommener Regierung, selbst empfangen, und den Lebens- Eyd erstattet hätten.

2) Ita

1) Ita in Do  
Dorothea E  
vestituta  
ploma ext  
I. p. 809.

§. XIII.  
perii, vltus,  
denuo inue  
tem iuraret  
Curis, ob  
inuestiturae  
Imperiali, re

2) Ita decre  
tem Franc  
pro filio  
tutores, eius  
dam morem  
fiare iurame  
ab Imperio  
actatum leg  
ceaditur,  
thorung,

2) Ita, temp  
bergier, c  
tam de fe  
lum amittit  
exculatione  
Erad. Tom

1) Vid., verb  
907, 1.



- 2) Ita in Domo Hassiaca Darmstadiensi, an. 1679. Dorothea Elisabetha, pro filio Ludouico VI. investituram, ab Imp. LEOPOLDO, accepit. Diploma extat in LVNIGII Corp. Iur. Feudales T. I. p. 809.

§. XIII. Inualuerat olim, in feudis Imperii, vsus, vt, finita tutela, vasallus ipse denuo inuestituram peteret, ac fidelitatem iuraret<sup>1</sup>. Idem etiam, in aliis passim Curiis, obtinuit<sup>2</sup>. Verum ea renouandae inuestiturae necessitas, in Capitulatione Imperiali, remissa est<sup>3</sup>.

- 1) Ita decreuit Imp. Carolus V. quum, post mortem Francisci, Lotharingiae Ducis, inuestitura pro filio Carolo, impubere, peteretur: Quod tutores eiusdem illustrissimi Caroli Ducis, secundum morem Imperii, debeant pro pupillo praestare iuramentum, et accipere inuestituram de feudis, ab Imperio dependentibus, ubi autem pupillus ad aetatem legitimam peruenerit, ipsemet renouare tenebitur. Vid. CHIPLETIUS in Comment. Lecharisusi, cap. 2.

- 2) Ita, tempore Imperatoris Leopoldi, Dux Wurtembergiae, quod, maior factus, omisisset inuestituram de feudis Bohemicis denuo petere, in periculum amittendi illa venit. Vid. deductionem, pro excusatione eius, apud LVNIGIVM, in Corp. Iur. Feud. Tom. III. p. 199.

- 3) Vid. verba Capitulationis, ad §. praecedens, not. 1.

§. XIV. In Saxonia, tutor indulgentia ratione inuestiturae, petit, ipsa vero differitur, donec vasallus ad legitimam peruenerit aetatem, aut annum saltem XVIII. compleuerit, atque sic hominiam ipse praestare possit \*.

\* Per Mandatum feudale El. Iohannis Georgii I. de an. 1647. itemque Io. Georgii II. de an. 1657. in COD. AVGVST. T. I. p. 1962. sq.

§. XV. Quoad legitimam vasallorum aetatem, itidem obtinent iura, et consuetudines prouinciae, siue illa terminum iuris ciuilibus XXV. annorum, requirant, siue breuior, uti in Saxonia XXI. annorum, sufficiat <sup>1</sup>. Maturius autem vasallus ad inuestituram, praestandumque iuiurandum, admittitur. Aetas XIV. annorum, iure feudali communi, definitur <sup>2</sup>: quia vasallus iam tum idoneus videbatur militiae (*Rehnsfähig*) <sup>3</sup>. Eumque terminum et Curia Imperialis seruauit <sup>4</sup>. In Saxonia, anno XVIII. completo, vasallum ad inuestituram admitti, iam in praecedentibus obseruatum.

<sup>1</sup>) Conf. Bedenken über die Frage: Ob ein Reichsgraf, der durch die Statuta familiae im 20sten Jahr vor maiorcan gehalten wird, veniam aetatis bey

bey Jbro  
und dedo  
antreten  
pag. 710.

2) H. Feud.  
deim aut  
was er die  
für domi  
amitat. In  
sex hebdent

3) Conf. s. c. f.  
Almanaz. p.

4) Ita Impera  
Saxoniae,  
tutoribus  
burgensibus,  
der munde  
Wilhelm,  
reicher hab

bey Ihro Kaiserl. Maj. zu suchen gehalten sey, und deswegen die Landes-Regierung nicht eher antreten dürfe? in LVNICII *Script. select.* pag. 750.

- 2) II. Fend. 55. *Si quis infeudatus, maior quatuordecim annis, sua incuria, vel negligentia, per annum et diem steterit, quod feudi investituram a proprio domino non petierit, transacto hoc spatio feudum amittat. Jus feudale Alemannicum XIII. annos, et sex hebdomades, requirit.*
- 3) Conf. SCHILTERS in *Comment. ad Jus Feud. Alemann.* p. 237.
- 4) Ita Imperator Leopoldus Joanni Georgio, Electori Saxoniae, et Mauritio, Duci Saxoniae, tanquam tutoribus Frederici Wilhelmi, Ducis Saxo-Altenburgensis, per modum indulti feudum concessit: bis der minderjährige Vetter, Herzog Friedrich Wilhelm, das vierzehende Jahr völlig erreicht haben wird.





CAP. VI.

DE REBVS, IN QVIBVS  
CONSTITVI FEVDVM SOLET,  
VBI ET DE REGALIBVS.

*Qua res in feudum dari possint? 1. et seq.  
De feudo in re ecclesiastica. 4. ubi in species de do-  
cimis.*

*Itemque in bonis publicis, et domaniis. 5.*

*Res feudalis, vbi in subfeudum concedatur? 6. 7.*

*De pertinentiis feudi. 8. 9.*

*Res incorporales in feudum concedi solitae 10.*

*Quatenus in re mobili constitui feudum possit? 11.*

*De regalibus. 12.*

*Diuisio illorum in maiora et minora. 13.*

*Quo respectu, de regalibus, agatur in iure feudali?  
14. 15.*

*De Armandia. 17.*

*De Regali viarum publicarum. 18. ubi de con-  
ductu. 19.*

*De iure Regali fluminum, 20. 21. itemque por-  
tuum. 22.*

*Metallifodinae, 23. 24.*

*Salinae. 25.*

*Monetae. 26.*

*Musicae, bona vacantia, etc. 27.*

*Angariae, et parangariae, ubi de cursu publico, 28. et  
postis. 29.*

*De seruitutibus ad regalem expeditionem, 30.*

*Palatia, 31.*

In constitutivum  
De iurisdictione,  
De Regali nomi-  
nemque, in fe-  
De reliquis Reg-  
De interpretatione

De macer-  
dari soli-  
docet experi-  
veritates re-

§. II. N-  
rur in rebu-  
soli, vel lo-  
parantur res-  
actiones, et

§. III.  
pro regula  
posita, vcu-  
ponendi fa-

§. IV. P-  
ad ministe-  
veniunt in  
dari soli-  
mediate tan-

*Ius constituendum magistratum 32.*

*De iurisdictione, in feudum dari solita 39.*

*De Regali nemorum 34 et venationum. 35.*

*Viriisque, in feudis Imperii, exempla 36. et sqq.*

*De reliquis Regalibus, et Iuribus Dominicis. 42.*

*De interpretatione concessorum Regalium 43. et sq.*

§. I.

**D**e materia feudi, seu rebus, in feudum dari solitis, quando disquiritur, ipsa docet experientia, et res singulares, et vniuersitates rerum, in feudum concedi.

§. II. Naturale feudi est, vt constituantur in rebus immobilibus, quae sunt vel soli, vel solo cohaerentes; iisque aequi- parantur res incorporales, vti iura, officia, actiones, et sim.

§. III. Circa ipsam constitutionem, pro regula est, vt sit res in commercio posita, vtque concedens liberam de ea disponendi facultatem habeat.

§. IV. Ita res sacrae, quae immediate ad ministerium Dei consecratae sunt, non veniunt in numerum rerum, quae in feudum dari solent. In ecclesiasticis, quae mediate tantum cultui diuino inseruiunt,

G

con-

constitui feuda, iam supra obseruatum, .  
Idque, in specie, de decimis, secundum  
Germaniae mores<sup>2</sup>, obtinet.

1) Supr. cap. 4. §. 5.

2) Alexander III. Papa, in Concilio Lateranensi, prohibuit, ne clericus decimas in feudum dare, aut laicus accipere auderet. Sed praeualuisse antiquum morem, obseruant. ICI laudati ITERO, cap. 8. §. 15.

§. V. Bona ciuitatis publica, quum alienare Princeps non possit, neque in feudum valide dabit, nisi consentiente ciuitate, penes quam bonarum eiusmodi proprietates est<sup>1</sup>. Idem sigillatim in Domaniis obtinet<sup>2</sup>.

1) In Imperio, id cautum CAPITVL. IMP. ART. X. I. Similiter quum Io. Casimirus, Rex Poloniae, Fridrico Wilhelmo, Electori Brandenburgico, Praefecturas duas, Lauenburgensem, et Butouensem, in feudum concederet, pactum illud confirmandum fuit a Republica Poloniae. De quo vid. PVEENDORFVS de Rebus FridERICI Wilhelmi, VI. 80. et XI. 101.

2) Hoc nomine veniunt bona, quae Principi, ad Reipublicae administrationem, ita sunt assignata, vt vsumfructum habeat, dominio penes Rempublicam manente. Doctrina de Domaniis fundamenta sua habet in Iure Naturae et Gentium. Quatenus in Imperio Romano-Germanico locum inueniat, attingi in PRINCIP. IUR. PVBL. Lib. V. cap. 3. §. 1.

§. VI.

V. VI. R  
feudum  
sunt Subte  
item Exca  
in alium c

1) Ita Prin  
tenent, p  
CORNEL  
feudatione  
vel illata.  
militibus t  
tutam acc  
tuici, Epil  
SYNGE

2) ZACH  
eadem

§. VII.  
domino in  
dere legit  
iure domi  
que requir  
qualitatis  
qua ipse v

1) II. F. 9.  
cessente  
cere hodi  
MANNO  
fecit 811  
cap. benef

V. VI. Res feudalis, a Vafallo, aliis in feudum concedi potest<sup>1</sup>. Inde vocata sunt Subfeuda, (*Asterlehn, arriere - fiefs.*) item Excadentiae, quod ita feuda, ab vno, in alium cadant<sup>2</sup>.

1) Ita Princeps Imperii de feudis, quae ab Imperio tenent, portionem suis Vafallis tribuunt. Conf. CORNELII van der VELDE *Diss. de in - et sub - feudatione Domaniorum Principum Germaniae licita, vel illicita.* Olim quidem non poterant Principes militibus suis concedere feuda, antequam ipsi inuestituram accepissent ab Imperatore. Exemplum Hartmici, Episcopi Ratisbonensis, ex OTTONE FRISINGENSI, adduxit STRUVIUS, p. 353.

2) ZACHARIAE PRYSCHENCK *Diss. de Excadentiis feudi.*

§. VII. Vt vero vafallus rem, quam a domino in feudum accepit, alteri concedere legitime possit, necesse est, nihil de iure domini, et seruitio, imminui<sup>1</sup>. Itaque requirunt leges, vt feudum eiusdem qualitatis personae detur<sup>2</sup>, et eadem lege, qua ipse vafallus habuit<sup>3</sup>.

1) II. F. 9. pr. vbi de vafallo, rem feudalem alteri concedente in feudum, sermo est: *quod et ipsum sincere hodie, et sine fraude licet ei facere.* HOTO-MANNO, neganti feudum alteri dari posse, satisfecit BITSCHIVS in Commentatio, ad II. F. 26. cap. *beneficium.*

- 2) II. F. 34. §. 2. Similiter nec vasallus feudum sine voluntate domini alienabit, in feudum tamen re-  
 ste dabit, si secunda persona si talis, quae feudo  
 seruire possit: ut si dans miles est, et ille, qui ac-  
 cepit feudum, inueniatur miles ad hoc, ut feu-  
 dum si contigerit, domino similiter seruire, ut es  
 prior, possit.
- 3) II. F. 34. §. 2. Profecto ille, qui suum beneficium  
 alii dat in feudum: non debet alia lege dare, nisi  
 qua ipse habet.

§. VIII. Re principali in feudum con-  
 cessa, transeunt etiam pertinentiae, et ac-  
 cessoria. Hoc nomine veniunt res, feu-  
 do ita coniunctae, ut vnum totum, cum  
 illo, facere censeantur\*.

\* Conf. SCHVEDERI Diss. de clausula inuestiturae,  
 cum pertinentiis, eiusque effectu.

§. IX. Intelliguntur autem tales vel  
 lege, vel consuetudine, vel expressa do-  
 mini destinatione\*. Ad euitandas lites, re-  
 censerit plerumque solent in ipsis literis  
 inuestiturae.

\* GOTTF. LVDOV. MENCKENIVS de proba-  
 tione pertinentiarum feudaliū.

§. X. Res incorporales quoque, vti  
 officia, dignitates, iura, vel vna cum  
 ipso fundo, vel separatim, in feudum  
 conceduntur\*.

\* Conf.

Conf. Do.  
 1172  
 consessio

§. XI.  
 spectu, in  
 non modo  
 conceduntur  
 tam forma  
 endi res ei  
 bendas\*.

1) Vid. sup.  
 2) Conf.

§. XII.  
 lites, con  
 Hoc nomi  
 vel natura  
 ad ius Reg

\* Nonnum  
 lia (L  
 mum G  
 vacantiu

§. XIII.  
 maiora, et  
 immediat  
 nem pertin  
 tur ab ipsa



\* Conf. Dn. CHRISTIANI LVDOVICI STIEGLITZ Diss. de iuribus et actionibus feudi titulo concessis.

§. XI. Immo res mobiles, certo respectu, in materiam feudi venire possunt, non modo, quando vna cum re immobili conceduntur, sed etiam solae <sup>1</sup>. Atque tum formale feudi consistit in iure capiendi res eiusmodi, certo tempore praebendas <sup>2</sup>.

1) Vid. supra cap. III. §. 15. et sq.

2) Conf. MOELLERVS l. c. p. 227.

§. XII. Inter res, in feudum dari solitas, conspicua inprimis sunt Regalia \*. Hoc nomine proprie veniunt iura, quae vel natura sua, vel ex destinatione populi, ad ius Regium pertinent.

\* Nonnumquam et *Regaliae* dicuntur. Sic Regalia (*La Regale*) inprimis vocatur celebratissimum Galliae Regum ius, in bona Ecclesiarum vacantium.

§. XIII. Diuidi vulgo Regalia solent in maiora, et minora \*. Illa appellantur, quae immediate ad reipublicae administrationem pertinent, atque inseparabilia censentur ab ipsa summa potestate; vnde et iura

maiestatis vocantur. Minora sunt, quae ad reditus et emolumenta fisci faciunt, et a priuatis etiam exerceri possunt: ut iura traiectus, forestae, etc.

\* Multa, de hac Regalium diuisione, disputant viri docti. Nec in enumerandis Regalibus, quae maiora, quae minora censi debeant, inter eos ubique conuenit. Diuisionem tamen ipsam non immerito retineri, probat HORNIVS cap. 8. § 20. Et habet sane usum suum in disciplina feudorum, ut passim ex sequentibus apparebit.

§. XIV. Quae ad indolem regalium in genere spectant, in Iure Publico Universali explicantur\*. Quae vero in quolibet regno, atque ciuitate, in specie, Regalium sit ratio, ex Iure cuiusuis Publico singulari suppleri debet. Atque ita in Imperio Romano-Germanico, ubi indoles iurium maiestatis, intuitu Reipublicae universae, et regalium, quibus Status gaudent in territoriis suis, explicanda est, ad ipsas Imperii leges, et obseruantiam, Principumque pacta, et prouinciae cuiusuis instituta, respicitur.

\* Hunc praecipue scopum, in explicandis Regalibus, habuere CASP. ZIEGLERVS, in Opere de Iuribus Maiestatis, et CHRISTOPH. GEORGIVS IARCOVV, in der Einleitung zur

jur. Feud. von den  
1726. 8.

§. XV. Sed h  
Interpres de R  
occasione textus  
Regalia? quod  
ex Constitutione  
quem constat, an  
Ronalensibus, in  
italiam vindicasse  
dali disciplina, su  
versae. Quippe  
Principes alii R  
concedunt: unde  
latio orta est. N  
alli gaudent iis,  
dam etiam, ex mi  
priuatis possunt,  
ctio, Venatio, T

1) Secundum Placita  
libus comonenti  
REGERVS  
SINGEDL,  
Imp. Frederici II  
in sequentibus.

2) H. F. 16. Reg  
flamina navigabi  
tibus, portus, r

zur Lehre von den Regalien. Rostochii et Lipsiae,  
1726. 8.

§. XV. Sed tamen feudorum quoque Interpretes de Regalibus agunt<sup>1</sup>, imprimis occasione textus II. Feud. 56. *quae sunt Regalia*<sup>2</sup>? quod caput desumptum videtur ex Constitutione aliqua Imp. Friderici I. quem constat, anno MCLIII. in Comitibus Roncaliensibus, iura fisci Augustalis per Italiam vindicasse<sup>3</sup>. Et frequentes, in feudali disciplina, sunt de Regalibus controversiae. Quippe Imperatores, Reges, et Principes alii Regalia etiam in feudum concedunt: vnde ipsa feudi regalis appellatio orra est. Neque maiores modo va-  
salli gaudent iis, in feudis suis, sed quaedam etiam, ex minorum numero, concedi priuatis possunt, ac solent, v. c. iurisdic-  
tio, Venatio, Traiectus, et sim.

1) Secundum Placita feudalia, in vniuersum de Regalibus commentati sunt, HENRICVS BOCERVS, REGNERVS SIXTINVS, CONRADVS AB EINSIEDEL, etc. Alii ipsam Constitutionem Imp. Friderici illustrandam susceperunt, quos laudabo in sequentibus.

2) II. F. 56. *Regaliae, armandiae, viae publicae, flumina navigabilia, et ex quibus sunt navigabilia, portus, ripatica, vestigalia, quae vulgo dicuntur*

dicuntur telonia, monetae, mularum, poenarum  
 que compendia, bona vacantia, et quas ut ab  
 indignis legibus auferuntur, nisi quae specialiter  
 quibusdam conceduntur, et bona contrahentium  
 incestas nuptias, condemnatorum, et proscrip-  
 tum, secundum quod in nohis constitutionibus  
 cauetur: angariarum, parangariarum, et pla-  
 sitorum, et nauium praestationes, et extraordi-  
 naria collatio ad felicissimam regalis nimirum  
 expeditionem: potestas constituendorum magistra-  
 tuum ad iustitiam expendendam, argentarias,  
 et palatia in ciuitatibus consuetis, piscationum  
 redditus, et salinarum, et bona committentium  
 crimen maiestatis, et dimidium thesauri in  
 loco Caesaris inuenti non data opera, vel lo-  
 co religiosi: si data opera, totum ad eum  
 pertineat. Caput hoc, singulari commentario,  
 explicandum suscepere SCIP. GENTILIS, in  
 Disputatione, ad Constitutionem Friderici de re-  
 galibus, et IO. STVCKIUS ad cap. vi. II.  
 Feud. quae sunt regalia? Explicat etiam illud, illu-  
 stratque GREGORIVS GRIMALDI, in Historia  
 Legum et Magistratum Regni Neapolitani, T. 1.  
 Lib. 6. p. 352. et seq.

- 3) Rem uberius exponit RADEVICVS de Re-  
 bus gestis Friderici I. Lib. II cap. 5. ubi et  
 Regalia ipsa paullo aliter recenset: Deinde super  
 iustitia regni, et de regalibus, quae longo iam  
 tempore, seu temeritate peruadentium, seu negle-  
 ctu Regum, Imperio doperierant, studiose differens,  
 cum nullam possent inuenire defensionem excusa-  
 tionis, tam Episcopi, quam primates et cini-  
 rates, uno ore, uno assensu, in manum Principis  
 regalia reddidere, primique resignantium Medioia-  
 nenses exstitero, Requirique de hoc ipso iure  
 quid

quid esset, aliunde  
 mitatus. Con-  
 ditum. Peñi-  
 na, Pizarro  
 decreta fiam  
 tam, verum  
 certis anno  
 fiam aduocato  
 que est libe-  
 gum aliquod horum  
 cadere poterat,  
 et regni tamen,  
 his tamen, qui  
 de regalibus se  
 uerum, pax me-  
 gulis anno, au-

§. XVII. Ita  
 de Regalibus, in  
 dicta constitutio-  
 nis. Sed rano  
 Quamquam illam  
 nime perfectam  
 dum obseruare

§. XVII. An  
 nia, militia,  
 armis, et arm  
 armandi vasallo  
 ducendi sub  
 vius vniuersum

quid esset, adindicauerunt Ducatus, Marchias, Comitatus, Consulatatus, Monetas, Telonia, Fodrum, Vectigalia, Portus, Pedatica, Molentina, Piscarias, Portus, omnemque utilitatem de decursu fluminum prouenientem: nec de terra tantum, verum etiam de suis propriis capitibus, census anni redditionem. Hisque omnibus in fiscum adnumeratis, tanta circa pristinos possessores usus est liberalitate, ut quicumque donatione Regum aliquid horum se possidere, instrumentis legitimis edocere poterat, is etiam nunc imperiali beneficio, et regni nomina, id ipsum perpetuo possideret; ex his tamen, qui nullo iure, sed sola praesumptione, de regalibus se intromiserant, XXX milia talentorum, plus minusue, reatibus publicis, per singulos annos, accesserit.

§. XVI. Itaque et hoc loco, nonnulla de Regalibus, iis praecipue, quorum, in dicta constitutione, fit mentio, delibabimus. Sed tantum veluti per saturam. Quanquam illam ipsam recensitionem minime perfectam esse, viri docti iam dudum obseruarunt.

§. XVII. Armandia, siue ab Arimania, militia<sup>1</sup>, ortum vocabulum, siue ab armis, et armando, continet potestatem armandi vafallos, subditosque proprios, et ducendi sub suo vexillo<sup>2</sup>. Recentior usus vniuersum fere armorum ius hac

voce comprehendit<sup>3</sup>. In Capitulatione Imperiali, coniungitur ius armaturae, et sequelae<sup>4</sup>.

- 1) Saepius occurrit, in vetustis chartis, Arimanniae, et Arimannorum, nomen. Ita Lotharius II. Imperator Mantuanis, Anno 1133. concedit, ob dignam impensis servitii memoriam, ARIMANNIAM, cum rebus communibus ad Mantuanam civitatem pertinentibus, etc. apud MVRATORIVM in Antiquit. medii aevi, T. I. disse 13. pag. 729. Quo loco MVRATORIVS, de conditione Arimannorum, fusius agit.
- 2) In vulgatis legitur *Armandiae*. CVIACIVS legit *Armanniae*, MVRATORIVS *Arimanniae*. Sed vsu *Armandiae* vocabulum obrinnit, soletque cum iure armorum coniungi.
- 3) Ita in controuersis, quae quondam inter Daniae Reges, et Duces Holsatiae, fuerunt, de iure quoque *armandiae* disceptatum, idque tandem definitum, in Tractatu Trauendahlenfi, anno 1700. Art. V. Was aber einen jeden Theil absonderlich betrifft, nach demmahlen die jezige Forderungen hauptsächlich wegen des exercitii iuris armorum, und in specie fortalitorum, und was davon des pendiret, mithin über den eigentlichen Verstand des Altonaischen Vergleichs entstanden, so ist, um künfftig solchen allen vorzubauen, hiemit declariret, und festgestellt worden, daß Höchstged. Sr. Durchl. und deren Successoren, ohne alle Dispute verbleiben solle das plenum et liberum ius armorum, *armandiae*, et *fortalitorum*, und was davon des pendiret, und dessen freyes exercitium.

1) Art. 19. 6.

CONSTITVI FEV

§. XVIII. R  
rum<sup>1</sup> completi  
quam curam s  
earum<sup>2</sup>.

1) Via publica, v  
etiam Regia, a  
Hereditate.

2) AHAST. PRIT  
publicarum iur, in

§. XIX. Eidem  
est lus Conductu  
tempore, quo, p  
morum, intura  
Tum enim iter  
mites armati, qu  
propter, pecunia  
bat. Duravit e  
ipso iam dudum  
haud parui, anco  
nem viarum pu

AHASTERS

§. XX. Ius r  
hendit potestat  
men publicum  
quae ex illo nalc  
navigatio, intula

§. XVIII. Regale viarum publicarum <sup>1</sup> complectitur tam iurisdictionem, quam curam securitatis, et conseruationis earum <sup>2</sup>.

- 1) Via publica, vti a priuata distinguitur, vocatur etiam Regia, militaris: Germanis Landstrasse, Heerstrasse.
- 2) AHASV. FRITSCHII Tract. de regali viarum publicarum iure, inter Opuscula eius T. 1.

§. XIX. Eidem plerumque connexum est Ius Conductus, (*Geleith*) ortum eo tempore, quo, per summam licentiam armorum, intuta admodum erant itinera. Tum enim iter facientibus dabantur comites armati, qui conducerent: atque, ea propter, pecuniae aliquid praestari debebat. Durauit exactio, etiam conductu ipso iam dudum cessante, quum sumtus haud parui, an conseruationem et refectionem viarum publicarum, requirantur\*.

\* AHASVERVS FRITSCHIVS l. c. cap. 14.

§. XX. Ius regale fluminum comprehendit potestatem disponendi circa flumen publicum\*, et fruendi emolumentis, quae ex illo nascuntur: qualia sunt piscatio, nauigatio, insulae, ripatica.

\* Illud

\* Illud, in Germani, limitatum per Capitulationem Imperialem, Art. VIII. §. 7.

§. XXI. Inter commoda, quae ex flumine hauriri possunt, est ius Grutiae \*, seu ratium agendarum, derivandarum, (Flöß-Recht): item Traiectus, (die Fähre.)

\* AHASV. FRITSCHIVS de iure regali Grutiae.

§. XXII. Portus<sup>1</sup>, et littora, tam intuitu custodiae, et iurisdictionis, quam vectigalium<sup>2</sup>, ad Regalia referuntur: immo mare ipsum, qua littus alluit<sup>3</sup>. Ita Status, et vasalli Imperii plurimi in Italia, aequae ac Germani, quorum territoria ad mare pertingunt, Regalia maritima, ab Imperatoribus, in feudum acceperunt<sup>4</sup>.

1) IO. FRID. RHETIVS de Iure Portuum. Portus in genere definitur L. 59. D. de Verb. Signif. conclusus locus, quo importantur mercus, et inde exportantur. In specie autem portus maritimus definitur, locus ad littus maris, vel ostia fluminis, navibus recipiendis aptus, natura, vel arte munitus. In quo portus differt a statione navium (Rheede), quae non habet.

2) Mos vindicandi bona naufragorum (das Strands-Recht) antiquitus etiam in Germania obtinuit. Illem quidem iam Imp. Fridericus II, prohibuit, Auth.

Auth. Nangia C.  
Verum hand vna  
rogaretur. Er  
IAC. SCHV  
Littori.

3) Regalia maritima  
SCHIVS, in Ma  
ce, maris lra, in  
pag. 412. Regu  
posuit, ut compon  
tu, navigationem p  
prietatem tollere. a  
nare, ut quid in  
lit. prohibere, pas  
exigere, in papula  
qu aut portu  
vum submunit.  
gignat marit  
ritum caudam,  
prohibitarum merce

4) Vid. exempla in  
Dill. de Iure Imper  
§. 20. de Regalib  
Orientalis vocantur

§. XXIII. Art  
denotant<sup>1</sup>. Ille  
ius Regum relac  
mania. In Aure  
horibus vniuer  
natus, singularib  
parantur<sup>2</sup>.



Auth. *Nauigia. C. de furt. et ser. corrupt.*  
 Verum haud vna lege opus fuit, vt tandem ab-  
 rogetur. Erudite hoc argumentum tractauit  
 IAC. SCHVBACK, in *Comment. de iure*  
*Littoris.*

3) Regalia maritima recenset AHASVERVS FRITZ-  
 SCHVS, in *Manuali Iurisprudentiae Publicae*, vo-  
 ce, *maris Ius*, in *Opusculis*, T. II. Tract. 23.  
 pag. 482. Reges, inquit, Principes, et Superiores  
 possunt, vi competentis Imperii, ac dominii mariti-  
 mi, navigationem prohibere, aut restringere, liberam  
 piscationem tollere, aut certis modis ac legibus deter-  
 minare, ne quid in mari aedificetur, iactis in id pi-  
 lis, prohibere, praestationes, seu, angarias nauium  
 exigere, ius stapulae, aut geranii, item ius anchora-  
 gii aut portulagii concedere, portas custodire, velo-  
 rum submissionem praeternauigantibus iniungere, ma-  
 gistratus maritimos instituire, leges et iura ma-  
 ritima concedere, delicta maritima, piraticam,  
 prohibitarum mercium transuersionem, esse punire.

4) Vid. exempla in *Illustriss. Comitis a BUNA V*  
*Diss. de Iure Imperii in maria*, et inprimis, quae  
 §. 20. de Regalibus maritimis Principatus Frisiae  
 Orientalis notantur.

§. XXIII. Argentariae metallifodinas  
 denotant<sup>1</sup>. Illae et ipsae antiquitus ad  
 ius Regum relatae sunt<sup>2</sup>, etiam in Ger-  
 mania. In Aurea Bulla, Principibus Ele-  
 ctoribus vniuersis concessae sunt. Alii  
 Status, singularibus diplomatibus, eas im-  
 petrarunt<sup>3</sup>.

1) Hoc

110 CAP. VI. DE REBUS, IN QVIBVS

- 1) Hoc sensu vox illa occurrit, in Diplomate Friderici I. Hillimo, Archiepiscopo Treuirensi, concessio, an. 1158. in *Historia Treuirensi Diplomatica*, T. I. p. 58. *Omnem iustitiam, quam in ARGENTARIA in Vlmeze, et in toto monte adiacente, de iudicio Principum habere videbamur, tam pro animae nostrae remedio, quam pro amore tuo, et honesto fidelique seruitio, quod nobis in expeditione Italica, et ante te post, liberaliter et laudabiliter impendisti, tibi, et per te tuis successoribus, cum caeteris regabilibus, in beneficio libere habendum concessimus. Et porro: Nihilominus quoque de munificentia Imperii, si aliquam forte postmodum, in aliquo fundo ecclesiae tuae, inueniri contigerit ARGENTARIAM, quicquid iuris in ea habere debimus, tibi tuisque successoribus legitime contraditum, eodem modo in perpetuum confirmamus.*
- 2) Conf. EISENHARD de regali metallifodinarum iure, et IO. CASP. HORNIVS de regali metallifodinarum iure. Contentionem, quae inter Albertum I. Regem Romanorum, et Wenceslaum, Bohemiae Regem, de decimis, ex fodinis Guttenfibus, in Bohemiae tunc repertis, fuit, narrat DVBRAVIUS, in *Histor. Bohem.* Lib. 18.
- 3) Diu ignoravit opes suas Germania. Hinc TACTIVS de moribus Germanorum, c. 5. *Argentum, et aurum, propitii, an irati dii negauerint, dubito. Nec tamen asseruauerim, nullam Germaniae venam argentum aurumue gignere. Quis enim scrutatus est? Sub Ottone M. detectae sunt metallifodinae, in Hercynia silua. De quo vid COMMENT. DE REBUS IMPERII sub Ottone M. Lib. II. 36.*

§. XXIV.

CONSTITVTI FE

§. XXIV. Q  
nam, etiam ad  
pretii mimeras

§. XXV. Es  
fodinarum, ran  
vt non nisi Pr  
possint?

1) Ita iam L. 17. D.  
nam, et metallum  
feruntur.

2) ENGELBRICH

§. XXVI. M  
iura, custodia  
ipsi Episcopis, et  
ius monetae cor  
que, inter Germa  
netae modo, sed  
monetariorum?  
ris monetae, in  
legibus temper  
Publico.

1) Quod Iulius  
Antiquit. medii  
Auctor, qui  
ne officinarum  
(Dell' Origine  
della Zecca di

QVIBVS

CONSTITVI FEVDVM SOLET, etc. III

§. XXIV. Quod ius regale metallorum, etiam ad gemmas, et alias maioris pretii mineras, extenditur.

§. XXV. Eadem porro, quae metallifodinarum, ratio est etiam salinarum<sup>1</sup>: vt non nisi Principis consensu aperiri possint<sup>2</sup>.

- 1) Ita iam L. 17. D. de verb. signific. Vectigalia salinarum, et metallorum, et picariarum, ad fiscum referuntur.
- 2) ENGELBRECHT de Iure Salinarum.

§. XXVI. Moneta diu, inter Imperialia iura, custodita fuit: donec Imperatores ipsi Episcopis, et Ciuitatibus Italiae, passim ius monetae concederent<sup>1</sup>. Notae quoque, inter Germaniae<sup>2</sup> feuda, sunt non monetae modo, sed officinae etiam, et officia monetariorum<sup>3</sup>. Exercitium ipsum iuris monetae, in Imperio, quemadmodum legibus temperatum sit, explicatur in Iure Publico.

1) Quod latius persequitur MVRATORIUS in Antiquit. medii aevi, T. II. Diss. 17. et eruditus Auctor, qui de Origine monetae, et institutione officinarum monetariorum per Italiam scripsit, (Dell' Origine della moneta, et dell' Instituzione delle Zecche d' Italia); Diss. 2. Quaedam attingi

§. XXIV.

in COMMENTAR. DE REBUS IMPERII sub  
Conrado III. Lib. 3. §. 23.

- 2) Ita Imperator Ludouicus Bauarus ciui Oppenheimensi  
in feudum concessit officinam monetariam, darins  
nen zu wechsen, wägen und Münzer-Recht  
zu treiben: in Illustr. SENCKENBERGII *primis*  
*Lineis Iuris Feudalis*, n. 15. Inter feuda Gal-  
liae quoque BRVSSELIVS Lib. I. p. 42. refert  
*Places du Changes dans les villes, ou les Princes*  
*faisoient battre monnoye.*
- 3) Singulare est diploma, quo Imp. Leopoldus, Co-  
mitem a Sprinzenstein, anno 1682. inuestiuit de  
Praefectura Monetali per Austriam, (mit dem obris-  
ten Münz-Meister-Amte in Ober- und Niedere  
Oesterreich) in LVNIGII *Corpore Iuris Feudalis*  
T. II. p. 375. Sed officium illud honorarium vi-  
detur fuisse.

§. XXVII. Porro ad Regalia referun-  
tur vectigalia, et emolumenta varii gene-  
ris, quae, Romanorum legibus, ad ius fisci  
spectabant, vti mulctae, bona vacantia, et  
quae, vt indignis, legibus auferuntur<sup>1</sup>:  
Item bona damnatorum, et proscripctorum,  
*secundum quod in nouis constitutionibus caue-*  
*tur*<sup>2</sup>, nec non bona committentium cri-  
men maiestatis<sup>3</sup>. Ad fisci, siue Came-  
rae Regalis, imitationem, maiores etiam  
Vasalli Cameram suam iam olim habue-  
runt, et quae Rex in Regno, ea in Ducatu  
suo, sibi vindicauere<sup>4</sup>.

1) Verum

1) Verum iam dudum  
tineant, cui merito  
HORNIYS, ca

2) Intelligitur No-  
Authentica huius d-

3) Hoc quoque, in  
Dispositionem de

14. 6. 16.

4) Vid. MURATOR  
Diss. 17. p. 912.

§. XXVIII. Ex

Principum instrum

et parangariae, et

praestationes, et

felicissimam Regi

Angariae quond

umentorum, pla-

rum, quae ad curi-

ta, praebentur

veritate fieret\*.

\* SCIPIO GER

§. XXIX. Is

dum interciderat

ter, iustici coep

Vnde ortum off

listarum per lan

mo, habent Pri

- 1) Verum iam dudum inualuit, vt haec ad illum pertineant, cui merum imperium concessum est. Conf. HORNIVS, cap. 8. §. 40. 41. 42.
- 2) Intelligitur Nov. 134. cap. vlt. vnde desumpta est Authentica *bona damnatorum, C. de bonis proscriptorum, seu damnatorum.*
- 3) Hoc quoque, iure nouo, passim mutatum est. Dispositionem de feudis Imperii, vid. infra cap. 14. §. 38.
- 4) Vid. MVRATORI *Antiquit. medi aetri T. I. Diss. 17. p. 912.*

§. XXVIII. Ex Romanorum quoque Principum institutis, repetuntur *angariae, et parangariae, et plaustrorum, et nauium praestationes, et extraordinaria collatio ad felicissimam Regalis Numinis expeditionem.* Angariae quondam fuere praestationes iumentorum, plaustrorumque, et operarum, quae ad cursum publicum, in via re-cta, praebebantur: parangariae, si transuersa fieret\*.

\* SCAPIO GENTILIS l. c. §. 144. et sq.

§. XXIX. Is vero cursus publicus dudum interciderat, quum, Seculo XV. circiter, institui coeperunt Postae hodiernae\*. Vnde ortum officium Magistri generalis Postarum per Imperium, quod, feudi titulo, habent Principes de Turri Taxia.

\* Conf. *Dissertazione sulle Posti degli Antichi*. Florentiae 1746. 4.

§. XXX. Plane factum priscorum Principum sapit *extraordinaria Collatio ad felicissimam Regalis Numinis expeditionem* <sup>1</sup>. Plurima sane Regum expeditiones Italiae seruitia exigebant <sup>2</sup>. Nota sunt, parata, forum, mansionaticum, praestationum ad eas debitarum vocabula. Magni imprimis apparatus, etiam per Germaniam, fuere expeditiones, quas Reges ad urbem Romam, accipiendae Imperialis coronae causa, instituere solebant.

1) In expeditione bellica, oneribus obnoxia erant loca, alias immunia. L. 21. C. de *Cursu Publico*. Inde collatio haec extraordinaria videtur vocari. Nisi mauis *Superindictum* intelligere, extraordinarium munus. ultra solitas collationes: quod poscere Imperatori reseruatum, L. vn. C. de *Superindictis*.

2) Quae, ad Italicam expeditionem, seruitia exigere soliti fuerint Imperatores, explicat OTTO FRISINGENSIS, de *gestis Frederici* Lib. II. 12. Mos antiquus, ex quo Imperium Romanum ad Francos deriuatum est, ad nostra usque deductus est tempora, ut, quociescunque Reges Italiam ingredi destinauerint, gnaros quoslibet, de familiaribus suis, praemittant, qui singulas ciuitates seu oppida peragrando, ea quae ad fiscum regalem spectant, quae ab accolis Fodrum duntur, exqui-

expirant. Ex plurimas ciuitates regitibus vel liter non peris usque profusa dant. Et porras rae recognoscere amibus, quas rui, exceptis tui dant terram idem rit, nulli profusa quam mstruar.

§. XXXI. Ne quod palatia Regia passim per luerere Imperato

\* Tit. Col. de Pa seratas nobis omni priuatores epimus.

§. XXXII. V bus Imp. Frederi rum magistratu dam<sup>1</sup>. De qu caribus Italia, egit, in Pace C ex his Regalium positus.

exquirant. Ex quo fit, ut, Principe adueniente, plurimae ciuitates, oppida, castella, quae huic iustitiae vel omnino contradicendo, vel integraliter non persoluendo, reniti conantur, ad solum usque prostrata, proteruiae suae documentum ostendant. Et porro: Tantam ei quoque iudices terrae recognoscere dicuntur inuisdictionem, ut ex omnibus, quas terra producere solet, sui necessariis, exceptis vix bubus, et seminibus, ad excolendam terram idoneis, de ceteris, quantum necesse fuerit, militi profuturis, ad regios vsus suppeditare nequam arbitrentur.

§. XXXI. Nec minus antiqui iuris est, quod palatia Regalibus accensentur, qualia passim per Italiam, et Germaniam, habuere Imperatores\*.

\* Tit. Cod. de Palatiis, et Domibus Dominicis. Consecratas nobis aedes, id est, inclita palatia, ab omni priuatorum vsu, et communi habitatione, excipimus.

§. XXXII. Vindicat quoque Regalibus Imp. Fridericus potestatem constituendorum magistratuum, ad iustitiam expediendam<sup>1</sup>. De quo iure deinde, cum ciuitatibus Italia, ad certum modum transiit, in Pace Constantiensi<sup>2</sup>, qua bello, ex his Regalium vindiciis orto, finis impositus.

- 1) Id quoque ex antiquo iure. Nam et L. vn. D. ad L. Iuliam de ambitu, Magistratuum creatio, ad curam Principis, refertur.
- 2) PAX CONSTANTIAE: In ciuitate illa, in qua Episcopus, per privilegium Imperatoris, vel Regis, comitatum habet, si consules per ipsum Episcopum consulatum recipere solent, ab ipso recipiant, sicut consueverunt recipere: alioquin vnaquaeque ciuitas a nobis consulatum recipiat. Consequenter vero, in singulis ciuitatibus, consules constituentur a nuncio nostro, qui sit in ciuitate, vel in episcopatu: et inuestituram recipient: et hoc vsque ad quinquennium. Finito quinquennio, vnaquaeque ciuitas a nobis recipiat, et intra quinquennium a nuncio nostro, sicut dictum est, nisi in Lombardia fuerimus: tunc enim a nobis recipiet.

§. XXXIII. Non omnia autem Regalia, in Constitutione Friderici, enumerari, iam supra monitum est. Hic vnum modo, alterumque, attingemus, ex illis, quae, in tabulis inuestiturarum, frequentissima sunt. Iurisdictio, regale haud dubie ius, gratissimumque iam olim vasallis<sup>1</sup>, in monumentis mediæ æui, etiam nomine Banni venire solet. Diuiditur autem in superiorem, et inferiorem, vulgo altam et bassam, germanice Ober- und Nieder- siue Erb- Gerichte<sup>2</sup>.

1) De

1) De origine et  
agit Auctor Tra  
des loix) Lib  
2) GAV. SCHV  
situram feudali  
ritatibus, inte

§. XXXIV.  
venationum, ea  
restale, in gener  
tiones, complect  
stum, custodiam  
restae, nec no  
palaeus, foeno,

\* Collegia scrip  
FRITSCHIV  
Romano-German  
1702. f.

§. XXXV.  
nim ferinum (i  
Venatio ipsa a  
distinguiturqu  
rem<sup>1</sup>. In non  
xoniam, tertia spe  
Sed haec distin  
variat apud po

1) De origine hu  
Forst- und Jag  
f. 21. et sq.  
2) VISSERVS



- 1) De origine et antiquitate iurisdictionis vasallorum agit Auctor Tract. de ingenia Legum (*de l'esprit des loix*) Lib. 30. cap. 20. et seq.
- 2) GAB. SCHVEDERVS *de iurisdictione, per inuestituram feudalem concessa*. EYDERVS *de Fendo Iurisdictionis*, inter Opusc. p. 533.

§. XXXIV. Neque iura forestalia, et venationum, ea lege continentur. Ius forestale, in genere, tam silvas, quam venationes, complectitur \*. In specie sic dictum, custodiam, curamque silvae, seu forestae, nec non emolumenta ex lignis, pascuis, foeno, et similibus, designat.

\* Collegit scriptores, legesque huc pertinentes, AHA3V. FRITSCHIVS *in Corpore Iuris Venatorio - Forestalis Romano - Germanici*: quod auctius recusum Lipsiae, 1702. f.

§. XXXV. Ius venationis etiam Bannum ferinum (*der Wildbann*) vocatur. Venatio ipsa aucupium comprehendit, distinguiturque in superiorem, et inferiorem<sup>1</sup>. In nonnullis prouinciis, vt in Saxonia, tertia species datur, nempe media<sup>2</sup>. Sed haec distinctio, vt ipsi modi venandi, variat apud populos.

- 1) De origine huius divisionis STIESSERVS *in der Forst- und Jagd-Historie der Teutschen*, cap. 7. §. 21. et sq.
- 2) STIESSERVS l. c. §. 30. et sq.

§. XXXVI. Vtrum nemora, et venationes, per se, ad iura Principatus spectant, non est huius loci disquirere<sup>1</sup>. In Germania certe, ius forestale, et bannum ferinum, inter Regalia numerantur<sup>2</sup>. Fuit que olim eo vberior hic beneficiorum materies, quo ampliores, in Germania, silvae, et quo gratior Germanis venatio<sup>3</sup>.

1) An Foresta, et Venatio, in genere ad Regalia pertineant, erudite a Celeberrimis Viris disceptatum, in utramque sententiam, Pro negatiua DAVID GEORGIVS STRVBEN edidit *Vindicias iuris venandi Nobilitatis Germanicae*: pro affirmatiua IO. ADAMVS ABICKSTATI dissertationem *de eo, quod iure publico, iam vniuersali, quam particulari, iuris est circa venationes*; et IO. VLRICVS CRAMERVS *Vindicias Regalis iuris venandi*. Mediam viam tenuit FRIDERICVS CAROLVS BVRY, in libro sub titulo: *Behauptete Vorrechte der alten Königlichen Bannforste, insbesondere des Reichslehnbaren Forst- und Wildbannes zu der Dreyeichen*. Francof. 1744. fol. Respondit CRAMERO STRVBIVS in den *Nesbestunden*. T. I. Diss. 2. *Von des Deutschen Adels Jagd- u. Gerechtigkeit*.

2) Conf. SAM. STRYKII *Disquisitio de Germanorum circa venationem libertate iam restricta, quae est praefatio eius ad AHASVERI FRITSCHII Corpus Iuris Venatorio Forestalis*.

3) Conf. Friedrich Ulrich Stiefers *Forst und Jagd- Historie der Deutschen*, Jena 1737. 8.

rii bonis, spatio  
hae, iisque pr

1) Talis fuit illo  
Pegnelom: item  
num, quam s  
scriptis. Foresta  
pum, curam, al  
Eichstadiensis, et

2) Iude nomina M  
Forestatorum. (E  
firium, (Eldob

cia, de rebus  
dine, ad mellic  
spectantibus:  
suetudines suae  
quibus, successu  
forestales, et ve

1) Tale fuit in  
Noihergam. V  
2221 Dissert.  
Althoff 1711.  
de rebus, ad  
Junior, Iuvenia  
Ulrico, Com  
officio Marcell  
dit Indictum in  
vid, Diploma i  
IX. p. 677.

§. XXXVII. Fuere, in publicis Imperii bonis, spatiosissima nemora, siue forestae<sup>1</sup>, iisque praefecti, et custodes sui<sup>2</sup>.

- 1) Talis fuit silua prope Noribergam, vltra, citraque Pegnesum: itemque alia prope Francofurtum ad Moenum, quam BVRIVS, libro modo laudato, descripsit. Forestae Imperialis, ad urbem Weissenburgum, curam, ab Imperio, adhuc habet Episcopus Eichstadiensis, et Comes Pappenheimius.
- 2) Inde nomina Magistri Forestae, (Forstmeister) Forestariorum, (Forsthübener) Nuntiorum siluestrium, (Waldböthen).

§. XXXVIII. Fuerunt etiam stata iudicia, de rebus, ad vsum lignandi, pascenduae, ad mellicidia, itemque venationem, spectantibus<sup>1</sup>. Nec defuerunt illis consuetudines suae, et propria statuta<sup>2</sup>, ex quibus, successu temporum, Ordinationes forestales, et venatoriae, efformatae sunt.

- 1) Tale fuit iudicium, in foresta Imperiali, prope Noribergam. Vid. IO. SIGISMVNDI SCHREIBERI Dissert. de Iudicio Caesareo Forestali Norico, Altorfii 1711. In Sueuia etiam, fuit iudicium de rebus, ad venationem spectantibus. Conradus Iunior, Sueviae Dux, (Conradinum vulgo vocant) Ulrico, Comiti Wurtembergiae, an, 1299. cum officio Mareschalli Ducatus Sueviae, in feudum dedit Iudicium in Pyerse, (das Gericht der Pürsch) vid. Diploma in LVNIGII Archiv. Imperiali, T. IX. p. 677.

2) Haec sunt *Placita Forestarum* quorum etiam mentio fit in legibus Anglo-Saxonum, p. 245.

§. XXXIX. Silvas\*, et forestalia iura, et venationes, ab Imperatoribus in feudum concessas, tot diplomata indicant, in quibus bannum siluestre, et ferinum, nemo-raq;ue, et venationes, et ipsa iudicia forestalia, cum aliis regalibus, conferuntur.

\* Exempla eiusmodi concessionum, inde a Carolo M. tempore, magno numero concessit PEEFFINGERSVS T. III. p. 1363. et sq. Vnum hic addere liceat, Rudolphi Habsburgici, qui an. 1276. Comiti Carinthiae concessit *villam Tribure, cum capturis Falconum, et forestam Schlichter*, uti, ex charta inedita, testatur HERTIVS, in *Diss. de Superioritate Territoriali*, §. 48.

§. XL. Praefecturae etiam ipsae, et officia nemorum et venationum, in feudum data sunt. Ita Marchiones Misniae supremi Venatorum Magistri creati<sup>1</sup>. Qui titulus etiam Carinthiae Ducibus passim tribuitur<sup>2</sup>. Duces Pomeraniae, intuitu Principatus Rugiae, Venatores Imperii fuere<sup>3</sup>.

1) Vid. 10. GOTTLIEB HORNIVS in der historischen Handbibliothek von Sachsen, Part. 9.

2) AENEAS SYLVIVS de *statu Europae*: *Fuit autem Dux Carinthiae Venator Imperii* ad

ad quem litu  
Nec tamen alia  
Rudolphus Ven  
Magistrum Ven  
a VIVERRA  
striae, cap. 6.  
3) Diploma, quo  
tunc, de hoc  
FRIDVS CAROLVS  
in Venatori Imp  
Grypsivici dicit,

§. XLI. Non  
tum, certe ple  
Venatio, ad Reg  
frequentia, in  
riis, feuda fore  
vna cum fundo

1) Passim per Germa  
niam commune in  
quo vid. IACO  
SARENBURG. Ul

2) In Ducatu Lusatiae  
ad Regalia, quae  
episcopi scriptis  
Nobilitatis pro  
tectione gegen  
Sachsen, in  
runge des Joo  
neburg. Anno

§. XLII. P  
regalia, et dom

ad quem lites venationum omnium deferebantur. Nec tamen alia eius tituli monumenta, quam quod Rudolphus IV. Austriacus, Carinthiae Dux, Archi-Magistrum Venatorum se v. cat. apud Un. Comitem a VVRMBRAND, de officialibus hereditariis Austriae, cap. 6. Add. HORNIVS l. c. p. 1046.

- 3) Diploma, quo Imperator Carolus IV. Duces Pomeraniae, de hoc munere, inuestituit, exhibet SIEGFRIEDVS CAESVS AEMINGA, in Diss. de Officio Venatoris Imperii, Principatus Rugiae annexo. Gryphisvaldiae, 1741.

§. XLI. Non secus, in territoriis Statuum, certe plerisque<sup>1</sup>, Ius Forestale, et Venatio, ad Regalia spectant<sup>2</sup>. Atque inde frequentia, in Curiis Principum beneficia, feuda forestae, et venationis, siue haec vna cum fundo, siue seorsim, concedatur.

- 1) Passim per Germaniam, et in Suevia imprimis, datur commune ius venandi, die freye Pürsch. De quo vid. JACOBI OTTONIS freye Pürsch; Beschreibung. Ulm 1725. 4.
- 2) In Ducatu Luneburgico Cellensi, utrum venatio ad Regalia, an vero ad fructus fundi, pertineat; egregiis scriptis ventilata est quaestio. Pro libertate Nobilitatis. prodiit C. R. Bilderbeck's Deduction gegen die berrnntliche Decalitat der Jagden. Pro iure Principis: Gründliche Verwahrung des Jagd-Rechts in dem Herzogthum Lüneburg. Anno 1731.

§. XLII. Plura passim alia occurrunt regalia, et dominica iura, tam in feudis

Principum, et Comitum\*, quam in reliquis etiam feudis Nobilium. Sed omnia recensere non est huius loci. Metienda illa sunt ex litteris inuestiturae, aut obseruantia cuiusque prouinciae, et singularibus denique pactis.

2: \* Maiores vasalli uti Regalia, in feudis suis, ad Regum imitationem, exercuerint, late deducit FRVSSSELIUS, integro libro II.

§. XLIII. Circa interpretationem regalium, in feudum concessorum, cautela quaedam notari merentur. Praecipua est, quod Princeps, concedendo Regalia, non amittit supremam, in ea, potestatem\*.

\* SCIP. GENTILIS ad Constitut. Friderici Imperatoris de Regalibus, num. 46. et seq.

§. XLIV. Regalia conceduntur vel indefinite, seu simpliciter, ut nec species, nec modus describatur, vel definite. Vbi simpliciter in feudum concessa sunt, minora tantum intelliguntur<sup>1</sup>. Vbi definite concessio facta, non extendi potest ad similia<sup>2</sup>: quia concessiones eiusmodi strictae sunt interpretationis.

1) Vid. ROSENTHAL cap. V. concl. 14.

2) Quod, praedictis Camerae Imperialis, constitutum

§. XLV. C  
mulative, vel  
quidem conce  
Quod in Imper  
diaris<sup>2</sup>, quam  
obinet<sup>4</sup>.

1) Vbi, in vltimo  
tubate non pot  
salum, in dom  
admodum res  
danno de ju  
dominus quique  
dere debet.

2) Olim quidem  
Imperatori, si  
esset Regalia,  
De conuentione  
Lib. II, cap. 1  
tudine, mans  
iurante, cano  
pstratus, ac ad  
sariusque perior  
terdum Princeps  
sibi reservatum  
mitatus Princi  
MARTEN  
P. 860. si  
successoribus, a  
seu ciuitatem

CONSTITVI FEVDVM SOLET, etc. 123

mat MEICHSNERVS Decif. *Cameral.* T. II.  
Lib. II. Decif. 4. n. 174.

§. XLV. Conceduntur porro, vel cum-  
mulatiue, vel priuatiue. Et regulariter  
quidem concessa intelliguntur priuatiue<sup>1</sup>.  
Quod in Imperio<sup>2</sup>, tam in feudis imme-  
diatis<sup>3</sup>, quam in feudis prouincialibus,  
obtinere<sup>4</sup>.

1) Vti, in usufructu, proprietarius usufructuarium  
turbare non potest, ita multo minus Dominus va-  
sallum, in dominio utili. Diserte II. F. 6. *Quem-  
admodum vasallus non debet esse domino suo in  
damno de sua iustitia, et de suis possessionibus; ita  
dominus quoque in his omnibus, vicem fideli suo red-  
dere debet.*

2) Olim quidem aliquamdiu videtur obtinuisse, ut  
Imperatori, si in territorium vasalli venisset, fas  
esset Regalia, aut certe Iurisdictionem, exercere.  
De consuetudine Italiae OTTO FRISINGENSIS,  
Lib. II. cap. 12. *Alia itidem, ex antiqua consue-  
tudine, mansisse traditur iustitia, ut, Principe Italiam  
intrante, cunctae vacare debeant dignitates, et ma-  
gistratus, ac ad ipsius nutum, secundum scita legum,  
iurisque peritorum iudicium, vniuersa tractari.* In-  
terdum Princeps, in ipsis literis inuestiturae, hoc  
sibi reseruarunt. Fridericus I. in *Concessione Co-  
mitatus Prouinciae, Raymundo Comiti facta, in  
MARTENI et DURANDI Collect. T. I.  
p. 86C. Si autem placuerit nobis, seu nostris  
successoribus, aliquo tempore intrare Prouinciam,  
seu ciuitatem Arelatensem, tam Comes, quam  
comit-*

comitatus et ciuitas, et tota terra erit, et erunt, ad nostram fidelitatem et seruitium, et mandatum, vel successorum nostrorum. In SPBCVLO IVRIS SAXONICI Lib. I. art. 58. legitur: Quando Comes, vel Dominus provincialis, iudicium sui Gogranii ingressus fuerit, cessat iudicium Gogranii, sicut quando Rex intrauit iudicium Comitum, cessat iudicium Comitum. Sed haec forte intelligenda sunt de tempore, quo Comites adhuc iudicium, virtute officii, exercuerunt.

3) Ita, intuitu feudorum Imperii, prouiderat in ipsa *Capitular. Imperial.* Art. 1. §. 8. 9. Conf. IRTI-  
RVS cap. 8. §. 8. seq.

4) In Saxonia Electorali, in Resolut. Grauamin. de an. 1661. Tit. von Justitien-Sachen, §. 64. dispositum: Desgleichen wollen wir diejenige nigen Amtsassen, so mit denen Gerichten beliegen, und in denenselben beständiger Weise Kauf-Briefe, und andere gerichtliche Urkunden aufrichten, dabey, wider derer Beamten unnöthig erregten Disputat, gebühlich beschützet wissen. De Ducatu Mecklenburgensi vid. MOLLERVS in usu distinctionum feudatium, p. 342.





\*\*\*\*\*

## CAP. VII.

DE INVESTITVRA  
FEVDORVM; VBI ET DE  
LAVDEMIO.

- Inuestitura definitio. 1. Variæ eius species. 2.  
 Tempus petendæ inuestituræ. 3. Eiusque porrogiatio. 4.  
 Designatio rerum feudalium. 5.  
 Ritus in inuestitura diuersi. 6. 7.  
 Præiulia circa modum, ritumque inuestituræ. 8.  
 Symbola tradendi feudî, gladius, vexilla, sceptrum, 9. in-  
 vestitura per pileum, annulum, etc. 10.  
 Diuersitas vsus recentioris. 11.  
 Inuestitura feudorum Imperii, ab Imperatore, datur. 12.  
 Sollemnis olim sub dio peracta. 13. Deinde in atrio  
 Imperialis Aulae, patrari coepit. 14. Vti nunc con-  
 cedi solet? 15. Inuestitura in Consilio Auilico. 16.  
 Item per Commissarium. 17.  
 Vasallus ipse suscipere inuestituram debet. 18. Quid obtineat  
 in Curia imperiali? 19.  
 De iuramento fidelitatis, et de hominio. 20.  
 De probatione inuestituræ, vbi et de literis inuesti-  
 turæ. 21.  
 Traditio actualis feudî. 23.  
 De renouatione inuestituræ. 24.  
 De laudemio. 25. Inprimis feudali. 26. Eius definitio. 27.  
 Pecunia successoria quid? 28.  
 Origo laudemii feudalis. 29. Quid sit feudum equis et  
 armis acquirere? ibid.*

De Heriota 30. Praestatio Heerzeustae. *ibid.*

Laudemium in pecunia. 31.

Vnde dicatur Releuium? 32

Laudemium duplex. 33. Quantitas utriusque 34.

Descendentes ad laudemium proprium regulariter non tenentur. 35.

De laudemio in feudis Imperii. 36. De Taxa feudali, et sportulis Cancellariae 37. De xenis, quae officialibus Palatinis debentur 38. Item de munusculis, famulatio antico distribui solitis. 39

### §. I.

**P**raecipuus constituendi et acquirendi feudum modus est inuestitura<sup>1</sup>. Quod vocabulum, a latino *vestire* ortum, per feudalem aequae et ecclesiasticam disciplinam inualuit<sup>2</sup>. Est autem inuestitura actus sollemnis, quo dominus vasallo, fidelitatem promittenti, feudum confert.

1) I. F. 25. Sciendum est, feudum sine inuestitura, nullo modo, constitui posse.

2) Alia a Germanica voce *Westen* deriuere malunt, vt SCHILTERVS in *Comment. ad Ius Feud Alemann.* cap. 4. §. 1. et GUNDLINGIVS in *Gundlingianis* XII. 2. n. 7. seqq. Illis responderi Dn. G. E. LUDOVICVS ROEHMERVS *Libr. de Indole et Natura Expectatiuae*, cap. 2. §. 3.

§. II. Inuestitura pura et propria est, qua statim dominium utile ipsum, et simul pos-

possessio, tradit  
de re, cuius  
Hoc loco nobis  
est. De inue  
eventuali, seu  
agemus?

1) Absolue inuest  
futura quidem pr  
modo dicitur in  
corporum quibus  
restituam facere  
adeoque nate et  
NIVS cap. 13  
re inter eos in  
fit de re, cui  
expectatiua.  
Dissertationes  
STRITII,  
CAPICII, An  
LAVR. SYLV  
recentioribus, la  
BAVER de re  
Dn. 10, GEO  
negotiaris,

2) Non opus  
seorsim comm  
tura, vt hoc  
bolicae,

§. III. Tem  
et annus et d

possessio, traditur. Abusuam vocant, si fiat de re, cuius nondum vacua possessio <sup>1</sup>. Hoc loco nobis, de inuestitura pura, sermo est. De inuestitura simultanea, nec non euentuali, seu expectatiua, capite sequenti, agemus <sup>2</sup>.

1) Abusuae inuestiturae fit mentio II. F. 2. *Inuestitura quidem proprie dicitur possessio: abusuam autem modo dicitur inuestitura, quando hasta, vel aliud corporeum quilibet porrigitur a domino feudi, se inuestituram facere dicentes.* Obscurior is locus est, adeoque mire exercuit interpretes: de quo HORNIVS cap. 12. §. 3. et seq. Conuenit autem fere inter eos inuestituram abusuam appellare, quae fit de re, cuius nondum vacua possessio, uti fit in expectatiua. De inuestitura abusuam, existant Dissertationes SAM. STRYKII, PHILIPPI STREITII, PET. SCHVLTZII, ANTONII CAPICII, *Inuestitura Feudalis*, Neap. 1569. f. LAVR. SYLVANVS, *de feudi recognitione*. Ex recentioribus, laudandi imprimis Dn. 10. GOTTFR. BAVER *de indole et natura inuestiturae feudalis*, Dn. 10. GEO. ESTOR *de inaugurationibus beneficiariis*.

2) Non opus videtur, inuestituram Symbolicam seorsim commemorare: Quippe omnis inuestitura, ut hodie fit, instar habet traditionis symbolicae.

§. III. Tempus petendae inuestiturae est annus et dies, sub poena amittendi feudi,

feudi, II. F. 24. et 40. Quae tamen legis  
seueritas limitatur ad casum, si omissa  
fuerit petitio inuestiturae, in contemptum  
domini \*.

\* II. F. 2. c. vlt. Sancimus, si vasallus non dolose  
per annum et diem steterit, quod a Domino sui beneficii  
inuestituram non petierit, feudum non ob hoc amit-  
tat. Dolus enim abesse videtur, si iusta causa  
impediente steterit.

§. IV. Vbi legitima impedimenta ad-  
sunt, quae vasallum impediunt, sistere sese  
ad suscipiendam inuestituram, petenda est  
eius prorogatio (Lehn: Zudult).

§. V. Antequam inuestiatur vasallus,  
exhibere debet feudi, rerumque, ad id spe-  
ctantium, designationem. Quod Ger-  
mani vocant die Lehn bekennen \*, Galli  
*Denombrement, Aueu.*

\* In Curia Imperiali, produci debet diploma inuestitu-  
rae, proxime antecedentis, secundum CAPITV-  
LAT. IMPERIALEM, Art. XI. §. 1. 2.

§. VI. Actus ipse inuestiturae veluti  
complementum est contractus feudalis.  
Varii autem ritus, in illo, obseruari soliti,  
quibus tam vasalli obsequium, quam do-  
mini, erga vasallum, affectus, exprimeretur.

Vita-

Vitiosissimum  
mis, in genu  
manus, in man  
mentum dicer  
fectus restandi  
lo vasallum ex  
beligum mit

1) En rim Bereng  
Regum solent  
hu Imperia Rom

2) Ita Bolco, D  
tur, le a lo  
feodem accep  
prelatum,  
ma in Codic  
Retom dilectio  
de Vicariis  
rum, data, ap  
T. III. p. 16  
basu traditio,

§. VII. Sec  
prios suos ritu  
et dignitate  
francum, au  
propt regale  
terdum et affe  
quid tributum

Vsitatissimum olim fuit, vt vasallus inermis, in genua procumbens, complicatas manus, in manum domini, ponens, iuramentum diceret<sup>1</sup>. Dominis vicissim, affectus testandi causa, solemne erat, osculo vasallum excipere<sup>2</sup>. Vnde formula *belehnen mit Hand und Mund*.

1) Eo ritu Berengarius, Italiae Rex, ab Ottone M. Regnum suscepit. Vid. COMMENTAR. de Rebus Imperii Romano Germanici, L. II. §. 15.

2) Ita Bolco, Dux Silesiae Munsterbergensis, restatur, se a Iohanne, Bohemio Rege, Ducatum in feudum accepisse, per osculum, inter nos hinc inde praelibatum, et reassumptionem Bireti. Vid. Diploma in Codice Diplom. Silesiae, (in Scriptoribus Rerum Silesiacarum T. I.) n. 71. In inuestitura, de Vicariatu Senensi, Cosmo, Duci Florentinorum, data, apud LVNIGIVM in Cod. Ital. Dipl. T. III. p. 162. commemoratur Bireti impositio, baculi traditio, et annuli immissio, cum osculo.

§. VII. Sed habent Curiae fere proprios suos ritus, pro diuersa feudi forma, et dignitate<sup>1</sup>: prouti ligium fuerit, aut francum, aut mere honorarium; item prout regale fuerit, vel commune. Interdum et affectui, erga inuestiendum, aliquid tributum<sup>2</sup>.

- 1) Dn. BVDERI *Observatio de ritu inuestiturae Regum Vasallorum*, in *Observationibus Juris Publici, et Feudalis*, n. 1.
- 2) Exemplo est inuestitura, plane honorifica, quam Imp. Fridericus III. a coronatione Romana redux, Ferrariae, an. 1442. Borgia Atestino dedit, quum primum Mutinae, et Regii Ducem crearet. Descriptionem, ex FRANCISCI MODII *Pandectis triumphalibus*, exhibet GOLDASTVS in *Politie Imperial.* p. 360.

§. VIII. Priuilegia quoque subinde concessa vassallis circa modum, ritumque inuestiturae. Honorificum imprimis habebatur maioribus vassallis, si non tenerentur venire ad petendam inuestituram, nisi in *marchiam*, seu locum aliquem, in confinio situm<sup>1</sup>. Ita Regibus Bohemiae indultum, vt, in locis tantum, Regno vicinis, inuestituram suscipiant<sup>2</sup>. Archi-Duces Austriae gaudent priuilegio, vt in suo illa solo peragatur: vtque Archi-Dux recto capite, et pileo vtens Archi-Ducali, equo insidens, et manu sceptrum tenens, inuestituram petat<sup>3</sup>.

1) Et feudis Germaniae, morem hunc illustrat BVDERI *Observatio, de inuestitura extra Curiam Domini, praerogatiua Vasallorum*. Ex feudis Gallicis, exempla producit BRVSSÉL Lib. II. cap. 26. *Il y avoit de haut-vassaux, qui n'estoient tenuis de faire l'hommage, qu'en marche*.

2) In

F E  
2) In priuilegio  
GOLDASTY  
14. §. 31.  
gentia sua  
fructus Regni  
dicitur inuestitura  
muni sua, de  
1) Et 1100, a  
fuerit, anno 1  
Corp. iur. Feud

§. IX. Prae  
turae, moment  
bus feuda trad  
feudorum diu  
sceptrum.  
conuentione  
peratore Hen  
perum, tradi d  
non semper ob  
lares Principes  
Ecclesiasticoru  
xilla legitimus

1) Inlege testi  
111 de Gesti  
Est enim con  
DIFM, p  
dantur. Ad  
de inuestitura  
2) Antiquissima  
inuestitura, p

- 2) In privilegio Friderici III. de anno 1462. ap. GOLDASTVM, de Regno Bohemiae Lib III. cap. 14. §. 31. Quod Rex Bohemiae inuestituram et regalia sua suscipere non teneatur, nisi in metis, vel finibus Regni sui, aut finitimis locis, decem vel quindecim miliaribus Alemannicis, a Regno suo, et Dominis suis, distantibus.
- 3) Eo rito, a Carolo V. Imperatore, Ferdinandus frater, anno 1530. inuestitus est. Vid. LYNIGII Corp. Iur. Feud. T. I. p. 707.

§. IX. Praecipuum, in ritibus inuestiturae, momentum habebant Symbola, quibus feuda traderentur. Varia et illa pro feudorum diuersitate, gladius<sup>1</sup>, vexillum<sup>2</sup>, sceptrum. Principibus Ecclesiasticis, ex conuentione Calixti II. Papae, cum Imperatore Henrico V. regalia sua, per sceptrum, tradi debebant. Sed id discrimen non semper obseruatum. Nam et seculares Principes sceptro inuestitos, et, in Ecclesiasticorum inuestituris, adhibita vexilla legimus<sup>3</sup>.

- 1) Insigne testimonium OTTONIS FRISINGENSIS de Gestis Friderici Imp. Lib. II. cap. 5, p. 448. Est enim consuetudo Curiae, ut Regna PER GLADIUM, prouinciae per vexillum, a Principe tradantur. Add. On 10. HEYMANNI Obseruatio de Inuestitura per gladium.
- 2) Acquisitissimum testimonium, de vexilli usu, in inuestitura, praebet DITHMARVS, Episc. Mers-

burgensis, in Chron. Lib. V. p. 360. Gerhardus, Comes Alsatiae, accepto, a Rege, quodam Comitatu praefati Ducis, cum domum rediret, iuxta unam urbium castra metatus est. A quo urbani pacem vix unam noctem impetrantes, egressi sunt dolose, quasi ad colloquium, sed reuera ad explorandum. Equibus vnus, calliditate aequae ac velocitate probatus, propius accessit SIGNIFERAM QVELAN-GEAM, QVA BENEFICIVM DVCIS COMES IDEM ACCEPERAT a Rege, coram tentorio eius affixam, eleuando circumspexit, ad vltimumque cum ea urbem securus, cunctis incassum paene sequentibus, intrauit.

- 3) Carolus IV, adhuc Duces Pomeraniae scepro inuestiuit. Similiter, in Principum ecclesiasticorum inuestituris adhibita xexilla, documento est inuestitura, ab Imperatore Friderico I. data Philippo, Archiepiscopo Coloniensi, de Ducatu Westphaliae. TREVERVS singulari Dissertatione deduxit inuestituram per sceptrum feudis ecclesiasticis, et secularibus communem fuisse.

§. X. Frequens etiam fuit inuestitura per pileum, biretum, siue caputium<sup>1</sup>. Interdum annulum<sup>2</sup>, aut aliud aliquod signum<sup>3</sup>, adhibitum legimus.

- 1) Exempla duo supra notavi ad §. 6. Theodericus, Marchio Misniae, in diplomate, anno 1200, de tribus mansis, Monasterio Cellensi collatis: Reliquos vsus, et ipsam hereditatem ecclesiae supradictae perpetuo iure contulimus. Abbatem ipsum, dominum Matthaeum, PILEOLO NOSTRO INVESTIUIMVS, apud  
MENN:

MINCKEN  
ritu, pluribus  
NANNVS  
siendi ratione  
1) Ita Imp. Loth  
manorum, et  
annulo, inue  
NANNVS Lib.  
de Rebus Imp  
3) Ita Innocentius  
inuestitur Cap  
in Antiquis, ma

§. XI. Su  
suetudinem iu  
inuestitura.  
ploma.

§. XII. Inu  
ram quae in G  
sunt, datur ab  
rem, quam iur  
ipsum respicit

1) Variis, de h  
constituta la  
TYLAT.  
sollen und  
Brieft den  
den des K  
Ritterschaf  
Pasallen, 100  
(in so weit



MENCKENIVM T. II. p. 452. De ipso hos-  
ritu, pluribus egit Dn. ADAM. HENR. LACK-  
NANNVS, in cultissima Diss. de Symbolica inue-  
stiendi ratione per pileum.

- 2) Ita Imp. Lotharius II. Ptolemacum, Consulem Ro-  
manorum, et Dictatorem Tusculanensium, tradito  
annulo, inuestiuit. Locum ex CHRON. CASI-  
NENSI Lib. IV. cap. 129. dedi in COMMENTAR.  
de Rebus Imperii sub Lothario, Lib. II. 30.
- 3) Ita Innocentius III. Papa, Comitem Ildebrandinum  
inuestiuit Cuppa argentea, a MYRATORIVM,  
in Antiquit. medii aevi, T. I. p. 614.

§. XI. Sed fere Symbola illa in de-  
suetudinem iuerunt: fitque nudis verbis  
inuestitura. Et fieri adeo potest per Di-  
ploma.

§. XII. Inuestitura feudorum Imperii,  
tam quae in Germania, quam in Italia, sita  
sunt, datur ab Imperatore\*. Fidelitas au-  
tem, quam iurant Vasalli, etiam Imperium  
ipsum respicit.

\* Varia, de hac inuestitura, in ipsa Capitulatione,  
constituta sunt. Praecipua huc spectat CAPI-  
TYLAT. IMPERIAL. ART. XI. §. I. Wir  
sollen und wollen auch die Lehen und Lebens  
Briefe denen Churfürsten, Fürsten und Stän-  
den des Reichs, (die unmittelbare Reichs  
Ritterschaft mit begriffen, und andern Reichs  
Vasallen, jedesmal nach dem vorigen Tenor  
(in so weit nicht die inzwischen von Seiten  
derers

dererselben vorgekommene besondere Umstände de eine andere Einrichtung erfordern) uns weigerlich, und ohne Contradiction (als welche zum rechtlichen Austrag zu verweisen) ungehindert wiederfahren lassen. Quae in petitione Inuestiturae, in Curia Imperiali, observanda sunt, luculenter exposuit Dn. MOSERY in der Einleitung zum Reichs-Hofraths-Proceß, P. III. cap. 4.

§. XIII. Regalia feuda olim, sub dio, concedi solebant. Inter solemnia maxime erat, vt Principes inuestiendi circumequitarent suggestum, in quo sedebat Imperator<sup>1</sup>: atque inuestituram ipsi peterent. In qua peragenda, Imperator porrigebat vexilla, quae mox in circumfusam multitudinem proiicebantur. Instar priuilegii Bohemiae Regibus indulgit Fridericus III. vt banderia ipsis integra restituerentur<sup>2</sup>.

- 1) Conf. Dn. EYDERI Obseru. de cursu equestri feudali, (des Kaiserlichen Lehnstuhls Vernehmung) inter Obseruationes Iuris Publici, et feudalis.
- 2) Apud GOLDASTVM de Regno Bohemiae, Lib. III. cap. 14. §. 12. Dum Rex Bohemiae a Rege Romanorum, seu Imperatore, regalia, seu inuestituram, cum solemnitate et banderiis sibi conferri poterit, vt, solemnitatibus expletis, banderia ipsi Regi minime laesa, fracta, aut lacerata restituantur.

F E V  
§. XIV. In  
ratum immu  
rumque, vic  
inuestitura in  
Imperialis, per  
dinando I. et  
vari coepit.

1) Augustus, Elect  
qui ipse praesent  
nis, ab Imperator  
tis, more sua  
nem dedit. D  
verificandem

2) Vid. a  
dedit, num.  
in Camera.

§. XV. In  
tura, circum  
pricae Curiae  
hereditarij, au  
sareae. In i  
quod inuesti  
manu ad lib  
fita, iusurati  
perij Vicecan  
reschallus gl  
qui, illum ma

§. XIV. Illum tantae molis apparatus immittit sensim temporum, morumque, vicissitudo <sup>1</sup>. Iam sub Carolo V. inuestitura interdum, in Conclauis Aulae Imperialis, peracta. Increbuit mos sub Ferdinando I. et demum constanter ita seruari coepit <sup>2</sup>.

1) Augustus, Elector Saxoniae, inter postremos est, qui ipse praesens an. 1566. in Comitibus Augustanis, ab Imperatore Maximiliano II. in foro civitatis, more maiorum, inuestitus fuit. Descriptionem dedit Dn. EYDERVS in der Sammlung verschiedener Schriften, p. 72.

2) Vid. EYDERVS in *Amoenitatibus Iuris Feudalis*, num. 2. de *Inuestitura feudorum Imperii in Camera*.

§. XV. In solemnibus eiusmodi inuestitura, circumstant solium Imperatoris, ad priscae Curiae speciem, Officiales Imperii hereditarii, aut, absentibus iis, Aulae Caesareae. In ipso ritu, hoc praecipuum, quod inuestiendi procumbentes in genua, manu ad librum SS. Euangeliorum apposita, iusiurandum, praecunte verba Imperii Vicecancellario, dicunt. Tum Marschallus gladium Imperatori porrigit, qui, illum manubrio tenens, osculandum

praebet inuestiando<sup>1</sup>. Sed haec omnia melius, ex ipsis descriptionibus inuestitura-  
rum, cognoscuntur<sup>2</sup>.

- 1) Is ritus forte seruatus, ex antiquissimo Germanorum more iurandi per arma, strictumque gladium. De quo vid. Geschichte der Teutschen, Lib. XVI, 40. n. 6. Plura, de ritu iurandi per gladium Stri-  
tum annotauit Dn. DREYER in erudita Obseruatione, von der Gewohnheit, die Eyde an der Klinge des Degens abzulegen, in Eiusdem vers-  
mischten Abhandlungen, P. I. n. 6.
- 2) Ordinem concedendae inuestiturae, pluribus exposuit MOSERVS l. c. P. III. c. 5. Quae nunc, de temperandis ceremoniis, in Principium Electorum inuestitura, ventilantur, vid. in *Collections noues Actorum publicorum* P. I. p. 412. 1q.

§. XVI. Inuestitura feudorum Imperii minus solemnis fit coram Consilio Imperiali Aulico. Ibi feuda Italica, nec non ea Regni Germaniae feuda, quae coram throno concedi moris non est\*, a Praefide, conferuntur.

- \* Nota fuit quaestio occasione Art. XI. §. 7. *Capitulationis Imp. Caroli VII.* utrum Comitatus antiqui, inter feuda, de throno concedenda, censeri debeant? Prodiit pro causa Comitatus Hohenlohici: Beweis, daß die Reichslehnbare immediate Graf- und Herrschaften ohnzweifelhafte Fahnen- und Thron-Lehn seyn. 1743. fol. Conf. Dn. HEVMANNI Diss. de S. R. I. Comites inuestiendi ratione.

§. XVII.

FEV  
§. XVII. EA  
species, quam  
conferenda feud  
mentum fidelit  
gat. Qualit  
ra prostant exe  
me, et Regni Bu  
quondam fuit, a

1) Conf. Dn. v  
tali in casu  
turu,

2) Ita, ut vro  
Frisiae Orient  
data. De quo  
vno Lib. 25. ad  
cuj, Comes Pa  
notatum in anno  
narii, qui Tho  
fano Francigano  
jules, reliquis  
genus talium Fri  
esero, vixit  
fuit, et heredi  
Frisiam Orient  
re curandam,

§. XVIII. V  
ipse ad sulcipie  
teueretur \*

§. XVII. Est etiam alia inuestiturae species, quando Imperator vices suas, ad conferenda feuda, aut recipiendum iuramentum fidelitatis, Procerum alicui delegat<sup>r</sup>. Qualium Commissionum innumera prostant exempla<sup>2</sup>. In Italicis maxime, et Regni Burgundiae feudis, vsitatum quondam fuit, a Vicariis inuestituras fieri.

1) Conf. DN. BVDERI Diss. de Commissario Imperiali in causis feudalibus, sigillatim ad inuestituras.

2) Ita, vt vno hoc exemplo utar, Vtrico, primo Frisiae Orientalis Comiti, inuestitura per legatum data. De quo VBBO EMMIVS Rerum Frisicarum Lib. 28. ad an. 1664. Deinde legationis princeps, Comes Palensteinus, (sic enim eius nomen notatum in annalibus reperio) die XII. Calend. Ianuarii, qui Thomae Apostoli memoriae dicatus, in fano Franciscano, spectante populo, peractis, quae assolent, reliquis, pro more cincto et procumbentis in genua eidem Vtrico, atque in fidem Imperii adacto, enses, vexillumque porrigit: eo ritu in possessionem feudi, et honoris, sollempniter immittit, omnemque Frisiam Orientalem, vsque in Visurgim, pro Imperatore curandam, ipsi tradit.

§. XVIII. Vasallus quidem regulariter ipse ad suscipiendam inuestituram sistere se tenetur\*.

\* Ita Philippus Valesius, Franciae Rex, contra Eduardum III. Angliae Regem, pervincebat, ut ipse, ad accipiendum feudum, adesset. Vid. DANIEL *in Hist. Franciae*, T. III. p. 406. Philippus, Archidux Austriae, ipse inuestituram Comitatum Artesiae, et Flandriae, accepit, a Cancellario Franciae, cui Rex vices suas demandauerat. Vid. IDEM T. IV. pag. 604.

§. XIX. Id etiam in Curia Imperiali diu seruatum. Praeualuit tamen, ut audiantur excusationes<sup>1</sup>, et procurator admittitur, speciali mandato, ad praestationem iurisiurandi, instructus<sup>2</sup>. Atque sic iam inuestiturae solennes, per Legatos, suscipiuntur.

1) Conf. MOSERVS P. III. cap. 4. §. 53. et sq.

2) In fauorem Principum Ecclesiasticorum, in *Capitulatione Imp. Caroli VII.* adiectum est, Art. XI. 4. Besonders auch denen geistlichen Chur- und Fürsten keine Maas vorschreiben, ob dieselbe zu Empfangung ihrer Reichslehen, für den Kaiserlichen Thron, geistliche ex gremio Capitulorum, oder weltliche Bevollmächtigte, abzuschicken für gut befinden mögen.

§. XX. Vasallus fidelitatem promittit, et regulariter iurato<sup>1</sup>. Diuersa olim fidelitas, et hominum, quo proprie seruitia continentur. Idque vel planum, siue simplex, vel ligium erat<sup>2</sup>. Hodie fere cer-

tas

FEV  
 nis formulas si  
 tales?  
 1) Interdum per  
 nem singularem  
 quum Iohannes  
 Wihelmo, Al  
 dus, Leuoborg  
 missum est iuram  
 DORSUM de  
 VI. §. 80. Et  
 sub Michaele Reg  
 Conf. Dn. 270  
 (vulgo Land  
 nom. 8.  
 2) Homini ligi  
 velle iurare De  
 contra omnes  
 Quod vicissim  
 pla profert a  
 1) Formale iuris  
 pes, in inuelli  
 Eius in appen  
 seq. Quoad  
 titate Testam  
 qu. 16.

§. XXI. A  
 olim require  
 duo, et regula  
 quoniam, in C  
 obortae de fet  
 \* II. F. 32. et

tas formulas suas habent Curiae feudales<sup>3</sup>.

- 1) Interdum per modum privilegii, aut per conventionem singularem, non requiritur iusiurandum. Ita quum Iohannes Casimirus, Rex Poloniae, Friderico Wilhelmo, Electori Brandenburgico praefecturas duas, *Lauenburgi* et *Butouiae*, in feudum daret, remissum est iuramentum fidelitatis, apud PVFENDORFIVM *de Rebus Gestis Friderici Wilhelmi*, Lib. VI. §. 80. Et sine iuramento facta est renovatio, sub Mizhaële Rege. Vid. IDEM Lib. X. §. 100. Conf. Dn. BYDERRI *Observatio de feudo iniurato*, (vulgo *Sandlehn*) in *Amoenitas. Iuris Feudalis*, num. 8.
- 2) Homini ligii formula quondam erat *Vasallum velle iuvare Dominum bona fide, et sine malo ingenio, contra omnem creaturam, quae possit vivere, et mori. Quod vicissim et dominus iurabat vasallo. Exempla profert BRVSSSELIYS p. 108. et 116.*
- 3) Formula iusiurandi, quod Electores, et Principes, in investitura praestare solent. Jedit STRYKIVS in *appendice Exam. Iur. Feud.* num. 14. et seq. Quomodo consistat ea formula cum Superioritate Territoriali, explicat IDEM cap. XIII. qu. 16.

§. XXI. Ad solemnitatem investiturae, olim requirebantur testes, ad minimum duo, et regulariter quidem Pares Curiae\*: quoniam, in Curia, investiturae peragi, et obortae de feudo lites disceptari, solebant.

\* II. F. 32. et II. E. 58. §. *Idem vero.*

§. XXII.

§. XXII. Sensim literis mandari coepit inuestitura \*, atque inde praecipue iam respicitur ad ipsum Diploma. Interdum, antequam illud expediatur, petentibus dari solet breue testatum, de concessa inuestitura: Germanice *Lehn-Schein*.

\* Inuestiturae breui testato peractae iam fit mentio I. F. 4. II. F. 32. Sub Henrico IV. Imperatore, ANNALISTA SAXO, ubi de inuestitura Henrici Pinguis, Nordheimii, Frisiae Marchionis, agit, tanquam singulare quid notat, *scripto comprehensura fuisse*. Vid. COMMENT. de Rebus Imperii sub Henrico IV. et V. Lib. III. §. 44.

§. XXIII. Inuestituram, de feudo nouo, sequitur interdum actualis feudi traditio, seu in possessionem missio \*.

\* Ita Fridericus bellicosus, Princeps Elector Saxoniae, a Sigismundo Imperatore, iam acceperat, quum missus est Iohannes, Comes a Lupfen, qui prouinciam illi traderet. Vid. Diploma in 10. GOTTLIBHORNII *Vita Friderici Bellicosi*, num. 267.

§. XXIV. Renouari autem inuestitura regulariter debet, siue mutatio contigerit a parte Domini, siue a parte Vasalli

§. XXV. Pro impetranda inuestitura, laudemium soluitur \*, ita dictum a laudando:

F E V  
do: quod vocab  
mare, significa  
Bant.

\* FRANG. JO  
ANADII DE  
CAMILLES BO  
NII PABRI  
BURGVS de la  
dem-argement  
gustre Taurin  
praeceptis in hoc  
XIV de laudem

§. XXVI. V  
ter: nam et in  
genus bonis, le  
de laudemio car  
fitum est.

\* 10. SCHILT

§. XXVII. H  
donum, quod  
nem inuestiturae

§. XXVIII.  
rales deuoluitur  
successoria, M

§. XXIX. I  
ur originem h



do: quod vocabulum approbare, confirmare, significat. Germani vocant *Lehn* *Waare*.

\* FRANC. SOLSONAE *Lucerna laudemiorum*; AMADEI DE PONTE *Quaestiones laudemiales*, CAMILLVS BORELLVS *de Laudemio*, ANTONII FABRI *Quaestiones laudemiales*, MAVRVS BVRGIVS *de iure Laudemiorum*, cum aliis eiusdem argumenti scriptoribus, iunctim prodire, AUGUSTAE Taurinorum, 1629. f. Ex Germaniae ICtis, praecipuus in hoc argumento est GE. FRANTZKIVS *de laudemio*.

§. XXVI. Vfus vocis laudemii late patet: nam et in emphyteuticis, et aliis id genus bonis, locum habet\*. Nobis hic, de laudemio tantum feudali, agere propositum est.

\* IO. SCHILTERI *Diff. de bonis laudemialibus*.

§. XXVII. Hoc, in genere, definiueris donum, quod Domino, in remuneracionem inuestiturae, datur.

§. XXVIII. Quum feudum ad collaterales deuoluitur, in specie vocatur pecunia successoria, *Anfalls Gelder*.

§. XXIX. Laudemium feudale videtur originem habere, ab antiquo more mune-

muneris quid praestandi Domino, pro nouo beneficio <sup>1</sup>. Et olim quidem arma, et equi, gratissima militari aeuo munera, offerri solebant <sup>2</sup>. Vnde II. F. 12. dicitur, *feudum equis, et armis acquirere* <sup>3</sup>.

- 1) Vulgo laudemium feudale, a laudemio emphyteutico, deducunt. Sed non satis congrue. Plane aliam eius esse rationem in feudo, quam in bonis allodialibus, aut quae iure emphyteutico tenentur, iam obseruauit LYNCKERVS Decif. 51.
- 2) Memoriam eius rei reperio in *Iustitia Ministerialium Ecclesiae Bambergensis*, quae, sua Gunthero Episcopo, conscripta est, in CODICE BAMBERGENSI, n. 113. Si absque literis obierit (ministerialis,) et uxorem praegnantem habuerit, expectetur dum pariat, et si masculus fuerit, ille habeat beneficium patris: si non, PROXIMVS AGNATVS DEFUNCTI, LORICAM SVAM, VEL EQVVM, QVEM MELIOREM HABVERIT, DOMINO SVO OFFERAT, ET BENEFICIVM COGNATI SVI ACCIPIAT.
- 3) Similiter II. F. 12. Quod si cum equis, vel armis communibus, vel pecunia communi, sit acquisitum feudum. Et ipse Imperator Conradus Salicus, in Constitutione de beneficiis, hunc morem memorat: seruato vsu maiorum valvasorum in dandis equis, et armis, suis senioribus. De ipso vsu, in feudis Italicis, indicio est charta Gualterij, Archiepiscopi Rauennae, qua is an. 1130. Comiti Caualeaconti oppidum Britonorum concessit, ea, inter alias, conditione, vt *Comite vita functo, eius arma et equi ad Archiepiscop-*

episcopum mitti  
Rauennae. Lib

§. XXX. M  
offerendi dom  
tio, in legibu  
mine Hereoi.  
expeditionem  
Saxones Heer  
quia antiqui  
Heergeuetram  
Curis feudall  
niam, reman

1) In Legibus  
Cantii, cap.  
finitur, quot  
falli cuiusque  
reperitur, p  
14. tit. de R  
SPELMAN  
apud Anglos  
rotum, et  
Relictum in  
originem te  
NIVS, Epi  
Fendali car  
eruditus Ang  
tienda relinc

2) Iure Saxoni  
vulgatus est  
tionem nec

*episcopum miserentur. Ap. RUBEVM in Histor. Rauennat. Lib. V. p. 325.*

§. XXX. Moris huius arma, et equos offerendi domino, disertis verbis, fit mentio, in legibus Anglo-Saxonum<sup>1</sup>, sub nomine Hereoti. Quod vocabum res, ad expeditionem necessarias, ut apud nostros Saxones Heergeuetta, denotat<sup>2</sup>. Reliquiae antiqui vsus, praestandi Domino Heergeuettam, arma, et equos, passim, in Curis feudalibus, per inferiorem Saxoniam, remanent<sup>3</sup>.

1) In Legibus Anglo-Saxonis p. 144. inter Leges Canuti, cap. 69. est de HERROTIS, eoque definitur, quot equi, quae arma, post mortem vasalli cuiusque, Domino debeantur. Eadem fere repetuntur, pag. 244. in Henrici I. Legibus, cap. 14. tit. de RELEVATIONIBVS. HENRICVS SPELMANNVS in Lib. I. de Origine feudorum apud Anglos cap. 17. et 18. discrimen inter Herrotum, et Releuium, latius explicat. Ceterum Releuium in Anglia, ab antiquo Hereoto Saxonum, originem trahere, ostendit GUIL. NICOLSONVS, Episcopus Derrensis, in Epistola de Iure Feudali veterum Saxonum p. 8. et seq. Sed haec eruditus Anglis, patriae antiquitatis curiosis, discutienda relinquimus. Res ipsa enim cessat.

2) Iure Saxonico, *Heergeuete* (*Heruete*) aut, quod vulgatus est, *Heegereshe*, notat res, ad expeditionem necessarias, quae non nisi ad filios, aut illos

illorum defectu, ad proximos agnatos, deuoluuntur, Vtrumque nomen legitur in *Speculo Saxonico*. Lib. I. art. 22. et 27.

- 3) Exempla notauit Dn. BVDERS in *Obseruat. de praestatione Heergeuettae Domino directo facienda*, inter *Obseruationes iuris Publici, et Feudalis*, num. V. p. 92.

§. XXXI. Sunt tamen antiqua iudicia pecuniam quoque offerri, in remuneracionem inuestiturae, solitam, si nouum beneficium contulisset Dominus\*.

\* MONACHVS PEGAVIENSIS ad an. 1117. de Viperto, Comite Groicensi: *ut Marchia Lu- zensis ab eo, (Imp. Henrico V.) insigniretur, promissis 3000. talentorum, exorauit.*

§. XXXII. Laudemium saepius etiam venit releuii nomine, quamuis proprie differant a se inuicem<sup>1</sup>. Notum imprimis est, in consuetudinibus feudorum Galliae, releuium, siue releuamentum (*Relief*). Ita vocatur praestatio illa haeredum, qua feudum, quod in potestatem Domini reciderat, veluti releuant. Dicitur etiam, eodem sensu, Luitio, (*Rachat*) quod beneficium ita veluti redimuntur<sup>2</sup>.

- 1) SCHILTERS in *Diff. de Bonis laudemialibus* §. 52. diuersitatem in eo ponit, quod Releuium tantum ab haeredibus, laudemium praecipue a primo acquirente, soluitur,

2) De

De quo agit  
VON IER.

§. XXXII  
est laudemium  
ipsi Domino  
et proprie lau-  
nus, quod no-  
et sportulas, in  
(Rehtar, Cam

\* Conf. HENR.  
271 de Taxat.

§. XXXIII  
suetudine pl  
aut singulari

\* Conf. HENR.  
§. 21. vbi et c.

§. XXXIV  
ad laudemium  
neri, obseru  
inuestitura p  
\* Ap. DOB.

§. XXXV  
mum maiu  
betur, vbi fe  
fiat conce

2) De quo agit CLAVDIUS POCQVET DE LL-  
VONIERE *Traité des fiefs*, Libro IV.

§. XXXIII. Duplex autem, in Imperio,  
est laudemium feudale: vel maius, quod  
ipsi Domino soluitur, (die *Lehn-Waare*)  
et proprie laudemium vocatur; vel mi-  
nus, quod nomine taxae feudalis venit,  
et sportulas, in Curia soluendas, continet\*.  
(*Lehntax, Canzley-Gebühren. &c.*)

\* Conf. HENRICVS FRIDERICVS DOEBNERVS  
*de Taxa feudali.*

§. XXXIV. Quantias vtriusque, con-  
suetudine plerumque cuiuslibet Curiae,  
aut singulari conuentione, nititur\*.

\* Conf. HORNIVS *in Jurisprud. Feudali cap. XVII.*  
§. 21. vbi et de laudemio feudorum Saxonia agit.

§. XXXV. Regulariter descendentes  
ad laudemium, proprie sic dictum, non te-  
neri, obseruant Doctores\*, quia iam sub  
inuestitura parentum comprehensi sunt.

\* Ap. DOEBNERVM l. c. §. 9. et sq.

§. XXXVI. In feudis imperii, laude-  
mium maius, siue proprie sic dictum, de-  
betur, vbi feudum nouum acquiritur, siue  
id fiat concessione, siue emtione, commu-

K

tatio-

tatione, aliove titulo. Neque, in tali casu, immunes sunt vasalli ecclesiastici ordinis<sup>1</sup>. Descendentes non sunt obnoxii laudemio. Id, in Capitulatione Imp. Caroli VII. extensum etiam ad collaterales, qui iam ante coinvestiti fuerint<sup>2</sup>.

- 1) Praejudicium, de Abbate Monasterii Einsidelenensis, vid. ap. MOSERVM in der Einleitung zum Reichs-Hofraths-Proceß, P. III. p. 361.
- 2) Art. XVII. 19. Vielweniger die Churfürsten, fürsten und Stände, mit denen Laudemien und Anfalls-Geldern von denen Lehen, damit sie allbereit coinvestirt gewesen, oder sonst mit ungewöhnlichen und neuerlichen Anfordrungen nicht beschweren, noch beschweren lassen. Conf. Dn. 10. GEORGII ESTORIS *Onus laudemii depositum*.

§. XXXVII. Taxa feudalis, siue Laudemium minus, in Cancellaria, simul cum aliis quibusdam sportulis, (Canzley = Gebühren) soluendum est<sup>1</sup>. Vna autem taxa tantum exigitur, etiamsi plura feuda, eadem inuestitura, conferantur.

- 1) Taxa generali sportularum Cancellariae Imperialis vti anno 1659. ad certum modum redacta est, extat apud VEFENBACHIVM de Consilio Imp. aulico, Manilla 2. p. 41. Conf. des Reichs-Hofraths-Canzley-Tax-Amts-Bericht an Churfürst Damianum Harrardum zu Mainz, die Reichs-Lehn-Taxa bey dem Reichs-Hof-Remteris und

und dem Tax  
betreffend, de  
ri Fundall

- 2) Vid. CAP.  
In der Le  
Verordnun  
von einer L  
dene Lehen  
nicht als ein  
bleiben, und  
wenden, noch  
Stände Will  
com illustra

§. XXXVII  
vestitura, de  
cialibus Pala  
debenntur<sup>1</sup>: e  
Auream Bull  
tamen xenius,  
nes sunt Prin

- 1) Xenia prop  
bantur am  
V. cp. 14.  
modo pactio  
semper adju  
Tralino: s  
in Casjare  
lorum sic l.

- 2) Testimoniu  
darici 1. pro  
lici, Lib

und dem Tax: Amt, ingleichen die Canzley: Jura betreffend, de anno 1675. in LVNIGII Corp. Iuris Feudalis, T. I. p. 97.

- 2) Vid. CAPITVLAT. IMPER. Art. XVII. 18. In der Lehn: Tax aber wollen wir bey der Verordnung der güldnen Bull, vermöge der von einer Belehnung, wenn gleich verschiedene Lehen empfangen werden, mehreres nicht, als ein einfacher Tax zu entrichten, verbleiben, und darwider kein Herkommen einwenden, noch einige Erhöhung, ohne der Stände Willen, aufkommen lassen. Quem locum illustrat MOSERVS l. c. cap. 4. §. 118.

§. XXXVIII. Praeterea, in solemnibus investitura, de maioribus feudis, xenia Officialibus Palatinis, qui Imperatori adsunt, debentur<sup>1</sup>: ex antiquo more<sup>2</sup>, per ipsam Auream Bullam confirmato<sup>3</sup>. Ab iis tamen xeniiis, per eandem legem, immunes sunt Principes Electores<sup>4</sup>.

- 1) Xenia proprie sunt amicorum dona, quae mittuntur amicis, et ab amicis. Ita PLINIUS Lib. V. ep. 14. *Quam me iuvat, quod causis agendis non modo pactione, dono, munere, verum etiam xeniiis, semper abstinui.* IDEM Lib. VI. ep. 31. de Imp. Traiano: *Summo die abeuntibus nobis (tam diligens in Caesare humanitas) xenia sunt missa.* Mentio illorum fit L. 6. §. 3. de Offic. Proconsul.
- 2) Testimonium ex RADEVICI Lib. de gestis Frederici I. produxi, in PRINCIPALIS IURIS PAVLICI, Lib. 3, cap. 7. §. 42.

148 CAP. VII. DE INVEST. FEVDOR.

3) Tit. 29, §. 2. et 3. Recentior vsus xenia illa, hunc in modum, definiuit :

Herrn Obrist / Hofmeistern	§ 120 fl.
— Obrist / Cämmerern	§ 120 fl.
— Reich / Vice / Canzlern	§ 120 fl.
— Obrist / Hof / Marschallen	§ 120 fl.
— Für dessen Pferd	§ 120 fl.
— Erb / Truchsessen	§ 120 fl.
— Erb / Schatzmeistern	§ 120 fl.
— Obrist / Mundschentzen	§ 120 fl.
	<hr/>
	960 fl.

4) Conf. PRINCIPIA IURIS PVBLCI  
Lib. IV. cap. 2, §. 11.


§. XXXIX. Munuscula etiam, quae, peracta inuestitura, famulatio aulico distribuantur, ad certam summam redacta sunt\*.

\* Vid illorum designationem in LVNICII Corp.  
Iuris Feudalis T. I. p. 104.



CAP.





## CAP. VIII.

# DE INVESTITURA SIMULTANEA: NEC NON DE EXPECTATIVA.

De investitura simultanea. 1. Eius effectus. 2. Origo, et usus in Imperio. 3. In primis per Saxoniæ. 4.

De renouatione eius. 5.

De iure uasallorum offerendi simultaneæ investituros. 6.

De literis reuerſaliſibus simultaneæ investitorum. 7. 8.

De expectatiua 9

Datur vel per simplicem conventionem, vel accedente investitura. 10. Estque vel generalis, vel specialis. 11. Itemque vel indeterminata, vel determinata ad certum casum aperturæ. 12.

Usus expectatiuæ in feudis Imperii 13. Quid hodie obseruandum circa concessionem eius? 14.

An ad expectatiuam requiratur consensus uasalli possidentis? 15.

An successor teneatur? 16. In specie in feudis Imperii? 17.

An finiatur expectatiua morte eius, cui concessa est? 18.

An petenda eius renouatio? 19.

Quando locum non habent, aut extinguatur, expectatiua? 20.

## §. 1.

**I**nuestitura simultanea est, cum plures inuestiuntur de feudo, possessio vero est vnus.<sup>1</sup> Germanice vocatur, *Mit-Belehnung, Sammt-Belehnung*, et intuitu vasallorum, qui simul inuestiuntur, *gesamte Hand*<sup>2</sup>. Feuda ipsa, in quibus obtinet, dicuntur *Sammt-Lehn, gesammte Lehn*.

1) Alio quoque sensu, inuestitura simultanea occurrit in iure Feudali communi: nempe quum ipsa simul possessio pluribus traditur. Ita *simul inuestiti* l. F. 14. occurrunt, et *simul inuestiti fratres*, II. F. 18. Conf. HORNIVS cap. 12. §. 25.

2) Quia, in actu inuestiturae, simultanee inuestiendi manum vexillo iniicere solebant. Nunc moris est, vt, dum vasallus principalis inuestitur, simultanee inuestiendi pallium eius manu apprehendant.

§. II. Eius effectus est, vt non modo certam successionem, sed etiam ius reale, in feudo, tribuat, ita vt vasallus possidens nec vendere illud, nec onerare, sine consensu simultanee inuestiti, possit.

§. III. Introducta primum videtur, in fauorem agnatorum, quum nondum certa, in

SIMULTANEA  
in feudis, effectus  
maniae, retentio  
feudis Imperii  
provincialibus

1) Haec simul  
aliorum opinio  
DEAS 200  
Inuestitura, cap.  
Proben des f.  
289, et seq.

2) Occurrit sim  
quibusdam Im  
telum excep  
bat. cui, p  
simultanea  
in INSTIT  
§. 5, et 9.  
175 in der  
Proceß, T. II

3) De via simul  
agit scilicet  
cipum Imperii  
GNDLING  
dantem ubi  
§. 16. et seq.  
HEBR. A N  
tini, et locu

§. IV. Sim  
taneae inuest  
nici \*

in feudis, esset successio. Moribus Germaniae, retenta est passim, non modo in feudis Imperii<sup>2</sup>, verum etiam in feudis provincialibus<sup>3</sup>.

1) Hanc simultaneae inuestiturae originem, contra aliorum opinionem, latius defendit HENR. ANDREAS KOCHIVS de *Expectativis, et eventuali Inuestitura*, cap. 3. §. 9. Conf. XOPPIVS in *Proben des teutschen Lehn-Rechts*, P. II. p. 289. et seq.

2) Obtinere simultaneam inuestituram, in feudis quibusdam Imperii, etiam extra Saxoniam, vel solum exemplum Principis Electoris Palatini probat. cui, per Pacem Westphalicam, inuestitura simultanea in Palatinatum superiorem concessa est, in INSTRUM. PACIS OSNABRVG. ART. IV. §. 5. et 9. Plura exempla recensuit DN. MOSERVS in der *Einleitung zum Reichs-Hofrathsha Process*, T. III. cap. 4. §. 23. et 19.

3) De vsu simultaneae inuestiturae, extra Saxoniam, agit SCHILTERVS, in *Diff. de simultanea Principum Imperii inuestitura*. in diuersa tenditur in GVDLINGIANIS, P. III. num. 1. Tit. Gedanken über die gesammte Hand auffer Sachsen §. 16. et 19. Sed GVDLINGIO respondit HENR. ANDR. KOCHIVS in *Diff. de Expectativis, et Inuestitura eventuali*, cap. 3. §. 6. et 19.

§. IV. Sed maxime viget vsus simultaneae inuestiturae, in terris Iuris Saxonicici \*.

\* 10. CHRISTOPH. SCHMID *de diuersis  
simultaneae Inuestiturae speciebus, eiusque diffe-  
rentiis.*

§. V. Haec quoque regulariter reno-  
uari debet, certe in Saxonia\*, non aliter  
ac inuestitura principalis.

\* CONSTIT. ELECT. P. II. 45.

§. VI. Concessum est Vasallo, in feudo  
nouo, sistere Domino simultaneae inuesti-  
endos<sup>1</sup>. In Saxonia Electorali, sexenni-  
um, in eam rem, indultum est<sup>2</sup>.

1) GODOFR. LVDOVICI MENCKE *Diss. de is-  
re offerendi simultaneae inuestiendos.*

2) Vid. Decretum Regis Friderici Augusti, de ann.  
1700. in CODICE AVGVSTO, T. I. p. 1975.

§. VII. Vasalli ipsi, a simultaneae inue-  
stiendis, certas cautiones, (litteras reuerfa-  
les vocant) exigere possunt, quibus sibi,  
et heredibus, prospiciant.

§. VIII. Inter alia, solerter hunc in finem  
excogita, stipulari praecipue solent, vt  
simultaneae inuestitus facultatem, libere  
disponendi de feudo, idque etiam alie-  
nandi, et oppignorandi, sibi permittat: ac  
feudum ipsum, vbi ad se deuolutum fuerit,  
here-

heredibus alio  
que modica p

\* Conf. 10.  
reuerfibus  
libus.

§. IX. Exp  
ad feudum ob  
condicione ape  
nice vocatur  
a condicione il  
ceditur\*

\* 10. 1200.

§. X. Da  
plicem conu  
vestitura\*, q  
cant, quia in e  
tur, aut abut  
dominium me

\* I. Feod.

§. XI. E  
quae indefin  
aut quod pri  
vel specialis,

\* Eiusmodi e  
lehn vulgo

heredibus allodii restituat, pro certa, ea-  
que modica, pecuniae summa\*.

\* Conf. 10. BERN. FRISII *Diff. de litoris feudis  
reuerfalibus.* SIEGEL. *de literis feudi reuerfa-  
libus.*

§. IX. Expectatiua in feudum est ius  
ad feudum obtinendum, a domino, sub  
conditione aperturae, concessum: Germa-  
nice vocatur *Anwartschaft*, item *Geding*,  
a conditione illa aperturae, sub qua con-  
ceditur\*.

\* 10. IACOB. MOSERVS *hdm Geding.*

§. X. Datur expectatiua, vel per sim-  
plicem conuentionem, vel accedente in-  
uestitura\*, quam euentualem vulgo vo-  
cant, quia in euentum aperturae feudi da-  
tur, aut abusuam, quod feudum ipsum,  
dominiumue eius, re ipsa, non confertur.

\* 1. Feud. 9. et 27. C. *Si quis.*

§. XI. Expectatiua est vel generalis,  
quae indefinite, in feudum quodcumque,  
aut quod primum vacauerit, conceditur\*,  
vel specialis, in feudum certum.

\* Eiusmodi expectatiuam Germanis appellari *Frrs  
lehni* vulgo traditur. Sed vocem illam, ex disci-  
plina

plina feudali, proscriptis SCHILTARVS in *Comment. ad Ius. Feud. Alamannicum*, p. 172. ostendens, effectam esse a Glossatore, ex vitiosa lectione *Speculi Feudalis Saxonici*, vbi *Erren. (Ereren.) Lehn feudum* antequam lege debebat.

§. XII. Conceditur autem vel indeterminate, sub conditione aperturæ in genere, atque tum locum habet, quacunque ex causa feudum ad dominum revertitur: vel determinate, et tum effectum non habet, nisi in casu expresso. Ita, si in casum mortis vasalli possidentis, aut deficientis familiae eius, concessa est, feudum autem per feloniam aperitur, dominus illud retinebit, quam diu vasallus, qui deliquerat, et heredes eius, vixerint.

§. XIII. In Imperio, satis antiquus vsus expectatiuæ. Ita iam Henricus Illustris, Marchio Misniae, expectatiuam, a Fridrico II. Imperatore, in Landgrauatum Thuringiae, acceperat. Plurimæ Principales familiae insignes accessiones, eo titulo, habuerunt. Nec paucae adhuc tales spes alunt<sup>1</sup>. Inter recentissima exempla eiusmodi concessionum, sunt literæ *expectatiuæ*, *Inuestituram euentualem*  
con-

SIMULTANEA  
concedentes, q  
Imperatore  
niae, Carolo  
fuerunt:

1) *Exempla exp  
recentia in D  
i. et seq. C  
Nicht's Hofre  
et seq.*  
2) *Vid. Nicht's*

§. XIV. Im  
pectatiua, cu  
conferendis f  
debet. Nim  
ratum, sine c  
concedi nequ  
mitatu, aut a  
agitur, praeter  
cipum quoqu

1) *Quomodo  
perasonum,  
itas fuerit,  
Imperii, s.*

2) *CAPIT V  
XI. Wenn  
durch Tod  
net, und le  
merklisches  
fürstenthun*

*continentes*, quae anno MDCCXXIII. ab Imperatore Carolo VI. Infanti Hispaniae, Carolo, nunc Regi Siciliae, datae fuerunt<sup>2</sup>.

1) Exempla expectatiua, in feuda Imperii concessae, recensui in Diss. *de Expectatiuis in feuda Imperii*, §. 5. et seq. Conf. MOSERI Einleitung zum Reichs-Hofraths-Proceß, T. III. cap. 2. §. 20. et sq.

2) Vid. Reichs-Gama, P. VI. p. 250.

§. XIV. Imperator, in concedenda expectatiua, eundem tenet modum, qui, in conferendis feudis, Imperio apertis, seruari debet. Nimirum expectatiua in Electoratum, sine consensu Collegii Electoralis, concedi nequit. Vbi de Principatu, Comitatu, aut alio maioris momenti feudo, agitur, praeter Collegium Electorale, Principum quoque consensus requiritur<sup>2</sup>.

1) Quomodo, ab Imp. Caroli V. aevo, limitata Imperatorum, circa concessionem expectatiuae, potestas fuerit, explicui in Diss. *de Expectatiuis in feuda Imperii*, §. 21. & sq.

2) CAPITVLAT. IMPERAT. Caroli VI. art. XI. Wenn auch instünftig Lehn dem Reich durch Todes-Fälle, oder Verwüfung eröff-  
net, und lediglich heimfallen werden, so etwas merkliches ertragen, als Churfürstenthümer, Fürstenthümer, Graf- und Herrschaften, Städte

Städte und dergleichen, die sollen und wollen wir, die Churfürstenthümer ohne des Churfürstlichen Collegii, die Fürstenthümer, Graf- und Herrschaften, Städte und dergleichen aber, ohne der Churfürstl. Fürstlichen, auch (wenn es nämlich eine Reichs-Stadt betroffen thut) Städtischen Collegiorum, Vorwissen und Consens ferner niemand leihen, auch niemand eine Expectanz, oder Anwartsung darauf geben, sondern zu Unterhaltung des Reichs, Unser, und Unserer nachkommenden König, und Kaiser behalten, einziehen und incorporiren. Doch uns von wegen unserer Erblande, und sonst manninglich an seinen Rechten und Freyheiten, auch denen von unsern Vorfahren am Reich, denen Ständen propter bene merita ertheilten, und denen Reichs-Constitutionibus gemäßen Anwartsungen, auffkünftig sicherledigende Reichs-Lehn, an ihrer Kraft und Bündlichkeit, ungeschädlich. Ita dispositio retenta est, in sequentibus Capitulationibus. Vti, quae de Ciuitatibus Imperii hic dicuntur, intelligenda sunt, explicat MOSERVS T. III. p. 184.

§. XV. An, in concedenda expectatiua, vasalli possidentis consensus requiratur, iam antiquitus disputatum est. Negatiua fundatur, in textu II. Feud. 26. c. moribus 2. & naturali ratione, quod regulariter vasallus possidens, Ultra familiae suae durationem, de feudis, ad Dominum reuoluendis, disponere nequit.

§. XVI.

SHIVLTANE

§. XVI. I  
 tuam, seme  
 etiam practi  
 iure quoque  
 Electoris Au  
 tamen est loc  
 dicario, et qu  
 singulari, succ

1) I. f. 9. si  
 post mortem et  
 conditione aliq  
 velitis, hanc  
 velitis, hanc  
 heredes tenent  
 tempore, vel

2) CONS. T. I.  
 ein Lehnherr  
 einen Angeh  
 Erben daru  
 dieselbigen,  
 solche Verfa  
 hung gesche  
 zu halten  
 3) Conf. H  
 cap. III. §.

§. XVII.  
 Statibus mod  
 Capitulatione  
 Moris tamen



§. XVI. Dominus reuocare expectatiuam, semel concessam, nequit, et successor etiam praestare eam tenetur<sup>1</sup>. Quod, iure quoque Saxonico, ex Constitutione Electoris Augusti, obtinet<sup>2</sup>. Distinctioni tamen est locus inter eum, qui, iure hereditario, et qui, iure proprio, aut titulo singulari, succedit<sup>3</sup>.

1) I. F. 9. *Si quis inuestitus fuerit de alieno feudo post mortem eius, vel si quis inuestitus fuerit sub conditione aliqua, vel tempore, quo nullus erat inuestitus, siue praemoriatur tenens feudum, siue inuestitor, siue inuestitus; inuestitor, et inuestitoris heredes tenentur inuestitio, vel haeredi eius, veniente tempore, vel conditione.*

2) CONSTIT. ELECTORAL. P. II. 45. Wenn ein Lehnherr weltlichen Standes, jemandes einen Angefall verschreibet, obgleich seiner Erben darinnen nicht gedacht, daß dennoch dieselbigen, wo sich der Fall folgendeszutrage, solche Verschreibung so weit, als die Vergleichung geschehen, Inhalts des Buchstabens, zu halten schuldig seyn.

3) Conf. HENR. ANDR. KOCHVS I. C. cap. III. §. 17.

§. XVII. In Imperio, expectatiuae, Statibus modo legitimo concessae, in ipsa Capitulatione Imperiali, confirmantur\*. Moris tamen est, vt, quum inuestitura feu-

feudorum reliquorum conceditur, etiam expectatiuarum fiat mentio.

\* Vid. locum supr. ad §. 12.

§. XVIII. Neque finitur expectatiua morte illius, cui concessa fuit\*.

\* I. F. 9. quem locum produxi ad §. 16. praecedentem, Idque vsque vsu etiam, in Saxonia, obtinere, testatur HORNIVS, cap. 12. §. 17.

§. XIX. Atque sic, qui expectatiuam habet, non tenetur renouationem eius petere, quoties, intuitu vasalli possidentis, vel domini, mutatio contingit\*.

\* HORNIVS XVII. 4. et 7.

§. XX. Sunt tamen casus, in quibus expectatiua locum non inuenit, aut cessat\*: vt, si concessa fuerit in feudum, de quo liberam disponendi facultatem habebat vasallus possidens, si pacta confraternitatis adfuerint, aut feuda ipsa, vi bellica, in alterius Domini potestatem venerint.

\* De quibus egi in Diss. de Expectatiua in feuda Imperii, §. 34. et sq. Conf. 10. IACOBI HELFFERACHI Casus potiores extractae Expectatiuae.



\*\*\*\*\*

CAP. IX.

DE PRAESCRIPTIONE  
FEVDALI.

- Præscriptio feudalis. 1. Feudum informe quid? 2.  
Bona fides, etiam in præscriptione feudali, re-  
quiritur. 3.  
De reliquis requisitis. 4.  
Tempus præscriptionis. 5. An diuersitas in feudis eccle-  
siasticis? 6.  
Diuersa præscriptionum consideratio. Vasallus quomodo præ-  
scribat aduersus Dominum? 7. 8.  
Item Dominus aduersus vasallum? 9. 10.  
De præscriptionis tertii aduersus Dominum, aut Vasal-  
lum. 11. 12.  
Iuri Retractus quomodo præscribatur? 13.  
An etiam contra Dominum? 14.  
De præscriptione in feudis Imperii. 15. 16.  
An subditi præscribere possunt contra Dominum? 17.*

§. I.

**I**nter modos acquirendi feudi, etiam præ-  
scriptio censetur: quod, ex longi tem-  
poris possessione, præsumatur consensus  
illorum, quorum voluntate feudum con-  
stituitur. Vnde inuestituram præsumtam  
vocant.

160 CAP. IX. DE PRAESCRIPTIONE

- 1) PETR. MASCOVIVS, CASP. ZISGLERVS,  
IO. WVLH. DIETMARVS *de praescriptione feu-*  
*dali.*  
2) BITSCHIVS, P. 402. et SCHILTERVF *In-*  
*stitut. Iur. Feud. V. 13.*

§. II. Feudum, per praescriptionem  
quaesitum, vocatur informe, quod abest  
forma, quam proprie inuestitura tribuit.  
Facile tamen cognoscitur indoles feudi  
eiusmodi, ex indole aliorum feudorum  
eiusdem Curiae, aut Prouinciae\*.

\* GE. HENRICVS BRVCKNERVS *de feudo in-*  
*formi, per praescriptionem acquisito.*

§. III. Requiritur autem, in feudali  
etiam praescriptione, bona fides<sup>1</sup>, qua  
possessor dominum se esse credit, eaque  
adeo praesumitur<sup>2</sup>, ita, vt malam fidem  
obiicienti incumbat probatio<sup>3</sup>.

- 1) Dissentit SEIBERS *in Inst. Iur. Feud. Cap. VIII.*  
*posit. 38. arg. L. 10. ff. si seru. vind.* Verum in  
Germania praeualuit auctoritas Iuris Canonici,  
bonam fidem in praescriptione requirentis, idque  
seruari in Iudiciis Imperii testatur LYNCKERVS,  
*in Diss. de bona fide, in praescriptione, tam Iure*  
*Ciuili, quam Iure Canonico, necessaria.* In Iure  
Feudali eo minus est dubii, quod inter Dominum,  
et vasallum praecipue, nulla fraus, nec vllum ma-  
lum ingenium debet inseruenire. II. F. 52. 3.  
2) STRYKIIVS *Cap. II. qu. 9.*

3) Aliter,

1) Aliter & sole  
pes, et ciuit  
sit, qui de  
possessio factu

§. IV. Pr  
mini. Reliq  
sita, verem, li  
res ipsa viucap  
continua sit, l  
praescribendur

§. V. Tern  
annorum\*.  
ritur consuet  
sex hebdoma

\* II. Feud. 26.  
aliquam, et  
na exhibuerit  
fuit, praescri  
pote.

§. VI. In  
quadraginta  
ptionem, re

\* Vid. HOB  
so, in Appe  
FAGENS  
aelschloster  
in feudis Eec  
distinguan.

3) Aliter si solo Iure Gentium agitur, inter Principes, et ciuitates liberas. Ibi enim, quum non sit, qui de bona fide, aut titulo, iudicet, sola possessio sufficere censetur.

§. IV. Pro titulo est ipsa patientia domini. Reliqua etiam Iuris Ciuilis requisita, ut rem, sine vitio nactus possessor, et res ipsa vsucapionis capax, atque possessio continua sit, haud minus exiguntur ad praescribendum feudum.

§. V. Tempus ipsum definitur XXX. annorum\*. In Saxonia, praeterea requiritur consuetum augmentum vnus anni, sex hebdomadam, et trium dierum.

\* II. Fend. 26. 4. *Si quis, per triginta annos, rem aliquam, ut feudum, possedit, et seruitium domino exhibuerit: quamuis, de ea re, non sit inuestitus, praescriptione tamen triginta annorum se suerè potest.*

§. VI. In feudo autem Ecclesiastico, quadraginta quatuor annos, ad praescriptionem, requiri statuunt\*.

\* Vid. HORNIVS cap. XI. §. 4. et singulari responsio, in Append. num. 5. Add. ALEX. ARNOLDI PAGENSTECHE Diff. de praescriptione feudæ ecclesiastici. Negant alii diueritatem temporum, in feudis Ecclesiasticis, quod iura feudalia eulibî distinguant.

L.

§. VII.

3) Aliter,

§. VII. Praescriptio locum habet in acquirendo feudo, vel amittendo, intuitu vasalli, aut domini, aut denique tertii\*.

\*) Conf. GERMANVS ANTONIVS GUYOT, in Tr. de feudis P. II. cap. I. ubi agit de la Praescription entre le Seigneur et le Vassal, et entre deux Seigneurs.

§. VIII. Vasallus acquirit ius feudi, siue dominum utile, si, per triginta annos, praedium, ut feudum, possederit, atque domino, ut vasallum, se exhibuerit. Directum etiam dominium acquirit vasallus, ac consolidat cum utili\*, si, per triginta annos, seruitia, quamuis exigeret dominus, non praestitit, ac vasallum se esse negavit, domino acquiescente.

\*) MORNIVS cap. XI. §. 9.

§. IX. Dominus praescribere potest dominum directum, seu ius aliquod dominicum, si in possessione vel quasi illius exercendi fuit\*.

\*) IO. BERNH. FRIESEN de feudi allodium praescriptione.

§. X. Item dominium utile adiicit dominio directo, si ipse possessionem rei feudalis tenet, omittente vasallo.

§. XI.

§. XI. Te  
vasallum, p  
sione eius, p  
quam vasallu

§. XII. S  
num, acquire  
legitimum te  
fuerit, seque,

§. XIII. F  
lanter retract  
praescribi po  
beros, sede  
currit temp  
pocuerunt\*.

\* Conf. c o  
s. 6. et sq.  
et 15.

§. XIV.  
consensu suo  
opponi possit  
peditum est  
sustinetur\*.  
praescriptio  
tunt\*.

1) Lege Imp  
scriptione, in

§. XI. Tertius denique, contra alium vasallum, praescribit feudum, si in possessione eius, per XXX. annos, fuit, et tanquam vasallum, de eo, se exhibuit, II. F. 33.

§. XII. Similiter, contra verum dominum, acquirit dominium directum, si, per legitimum tempus, in possessione illius fuerit, seque, ut dominum, gesserit.

§. XIII. Feudo non rite alienato, regulariter retractui locus est. Verum et huic praescribi potest, non modo aduersus liberos, sed etiamagnatos. Quibus tamen currit tempus demum, ex quo agere potuerunt\*.

\* Conf. COCCERII *Hypomn. Iur. Feud. Tit. 8. §. 6. et sq. Add. INTERVS cap. 23. §. 14. et 15.*

§. XIV. An et Domino, feudum, sine consensu suo alienatum, retrahere volenti, opponi possit praescriptio? non aequè expeditum est. Negantium sententia lege sustinetur<sup>1</sup>. Recentiores tamen plerique praescriptionem immemoriam admittunt<sup>2</sup>.

1) Lege Imp. Lotharii II. abrogata est vis praescriptione, in feudo, sine consensu Domini, alienato.

nato II. F. 40. Praeterea ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla obstante praescriptione, reuocare. Id. Imp. Fridericus I. extendit, etiam ad alienationes praeteritas: II. F. 55. Nos autem ad pleniorum regni utilitatem providentes, non solum in posterum, sed etiam huiusmodi alienationes illicitas, hactenus perpetratas, hac praesenti sanctione cassamus, et in irritum deducimus, nullius temporis praescriptione impediende. Quia quod ab initio de iure non valuit. tractu temporis conualescere non debet. Sunt quidem, qui respondeant, has constitutiones Italicae tantum datas. Hoc vero non est solvere nodum, sed scindere quum de usu illius iuris, etiam in Germania, iam non dubitetur. Rectius dixeris, in hisce Feudorum textibus, contineri exceptionem a regula, II. F. 26. quae, triginta annis, praescribi feudum statuit. HORNIVS cap. XI. §. 11.

2) IAC. HENR. ZOLLIVS in Diss. de feudi, per vasallum alienati, praescriptione contra dominum directum, §. 12. et sq.

§. XV. In Imperio Germanico, Status passim multa bona, ac iura, quae olim Imperii fuere, usucapione acquisuerunt<sup>1</sup>. Publica adeo lege, praescriptio immemorialis pro titulo probandae exemptionis, et immunitatis a Collectis Imperii, declaratur<sup>2</sup>. Neque dubium est, multa, ex eiusmodi bonis, pro feudo possideri coepisse, quae deinde, superueniente investitura, formam

nam suam a  
cile feudum  
acquiri pot

1) Ita iam  
Rhenum re  
bantur, vel  
pura debita  
tempore recep  
tione turbata  
II. p. 61.

2) Vid. Rec. B.

3) Vid. Don.  
et seq.

§. XVI.

in Capitulari  
tatur feuda,  
et subduci su

1) Vid. c.  
1210. §.  
fuer, vt  
inquiratur  
Fommen  
angehörig  
lien, und  
len, eige  
anzustelle  
bewandt,  
Churfürst  
solches zu  
und Ständ



mam suam acceperere. Iam vero non facile feudum Imperii, per praescriptionem, acquiri poterit <sup>3</sup>.

1) Ita iam Imper. Alberto Austriaco, vestigali ad Rhenum repetenti, Archiepiscopi, qui illis fruebantur, respondebant: *Telonia nostra longo tempore debite accepimus, et antecessores nostri longo tempore receperunt: et eos Reges Romanorum minime turbaverunt.* CHRON. COLMARIENSE P. II. p. 61.

2) Vid. *Rec. Imp.* de an. 1548. §. 56. et 59.

3) Vid. *Don. MOSERVS T. III. cap. 2. §. 59.* et seq.

§. XVI. Haec quoque cura Imperatori, in Capitulatione, commendantur <sup>1</sup>, ne patiat feuda, per silentium, solui nexu suo, et subduci supremæ Imperii potestati <sup>2</sup>.

1) Vid. *CAPITVLATIO Art. X. §. 3.* *IBID. §. 6.* promittit Imperator, curae sibi fore, ut in feuda, non rite alienata, diligenter inquiratur: *Vornehmlich auch, dieweilen vorkommen, daß etliche ansehnliche dem Reich angehörige Herrschaften, und Lehen, in Italien, und sonst, veräußert worden seyn sollen, eigentliche Nachforschung derentwegen anzustellen, wie es mit solchen Alienationen bewandt, und die eingeholten Berichte zur Churfürstlichen Maynzischen Cansley, um solches zu der übrigen Churfürsten, Fürsten und Stände Wissenschaft zu bringen, inner*

Jahresfrist, nach unserer angetretener Königlichlichen Regierung anzurechnen, unfehlbarlich einzuschicken.

- 2) IVST. GEORGII CHLADENII *Diff. de iure redintegrandi clientelas exemptas.*

§. XVII. An vero, et quatenus, in territoriis Statuum, vasalli, qui simul sunt subditi, in causa feudali, praescriptione se tueri, aduersus dominos, possint, in vtramque partem disputatur<sup>1</sup>. Negant nonnulli, subditos, aduersus dominum, praescriptione tueri se posse<sup>2</sup>. Alii praescriptionem Regalium immemoriam admittant<sup>3</sup>, illorum certe, quae, per modum priuilegii, concedi possunt.

- 1) Quam quaestionem attingi in PRINCIP. IVR. PVBL. Lib. V. cap. 3. §. 31.  
 2) CHRIST. THOMAS. in *Diff. de praescriptione Regalium, ad iura subditorum non pertinente.* Sed vid. quae responsum IAC. GABR. WOLFFII in *Elem. iur. Feudorum*, cap. 10. §. 5.  
 3) STRYKIVS XI. qu. 25. 26. HORNIVS XI. 4. TITIVS im Deutschen Lehnrecht, Cap. 12. §. 17.



\*\*\*\*\*

## CAP. X.

DE SVCCESIONE  
IN FEVDO.*Successionis, in feudo, origo. 1. 2.**Diversi eius modi. 3.**Legitima successio, ab Imp. Conrado Salico, stabilita. 4.**Quando, per Germaniam, inuenerit. 5.**Requisita in successione. 6. Iusti naturales. ibid. Excluduntur naturales, et legitimated. 7. Item adoptivi. 8. Et progeniti ex matrimonio, ad morgagnaticam. 9.**Requiritur porro habitas ad seruitium. 10.**De successione feminarum. 11.**An, pro ea, praesumptio in feudis oblati? 12.**Quando locus successioni femineae? 13. An femina, semel exclusa, semper exclusa maneat? 14.**De successione clericorum. 15. seq.**Imperfecti quomodo succedunt? 20. 21.**De successione inter descendentes. 22.**De diuisione feudi. 23.**De Primogenitura, et Apanagio. 24.**Descendentes non possunt abstinere hereditate alodiali. 25.**Ascendentes quando succedant? 26.**Successio, inter collaterales, iure feudali communi. 17. seq.**Restrictio eius, in feudis Imperii: 31. ad lineam ibid. aut gradum, 32. aut aetatem. 33.*

*Incessio pactitia.* 34. *Vbi de pactis confraternitatis, et gaverbinatus.* 35.

*Quatenus, ex testamento, locum habeat successio?* 36. *sq.*

*Successio ex investitura simultanea* 40

*Effectus successions, praecipue in feudis Imperii.* 41. *In specie quoad acquirendam possessionem.* 42.

*De separatione feudi, et allodii.* 43. *Pro viro sit praesumptio?* *ibid.* *Quaenam res heredi feudali cedant, quaenam allodiali?* 44. *Fructus vti diuidantur?* 45. 46.

*In feudis Imperii, quomodo locum habeat separatio?* 47. 48.

## §. I.

**I**nicio feuda personalia tantum fuisse, satis constat. Equidem, iam sub Carolingis, patrum beneficia saepius in filios collata fuere\*: Verum ex gratia domini, non ex iure successions.

\* Conf. quae, cum in rem, obseruat. IAC. GABR. WOLFFIUS in *Elem. Iur. Feudorum*, cap. IO. §. I. seq. et in *Diff. de orig. et prim. indole feudor. Imperii*, §. 27. sq.

§. II. Serius demum obtinuit, vt feuda perpetuo iure tenerentur, nec auferri possent, nisi propter feloniam, atque ad heredes etiam transfirent. Sic iam successio et ipsa modus acquirendi feudi vocatur\*, nempe deriuatiuus, quo feudum, iam ante constitutum, ad alium deuoluitur.

\* Ita

1) Ita II. F. mino posse cessione.

§. III. V dendi, in fe sanguinis ob diueritate fe tus: ex paci ditarium fuer Etis singulari testamento; inuestitura.

§. IV. Le nem Imperi lari Conliciu facto militari haud parum

\* VIIPO I P. 410. traxit, q postquam provocatu supra laud essione, h quis milia, hoc seculo Si vero hinc suo reliquer

- 1) Ita II. F. 1. c. dicitur: *Sciendum, feudum neminem posse acquirere, nisi inuestitura, aut successione.*

§. III. Varii autem sunt modi succedendi, in feudo. Successio legitima iure sanguinis obtinet, ipsa quoque varia, pro diuersitate feudi, prouti nouum, aut vetus: ex pacto et prouidentia, aut hereditarium fuerit. Alia est successio ex pactis singularibus: nonnunquam etiam ex testamento: alia denique ex simultanea inuestitura.

§. IV. Legitimam, in feudo, successionem Imperator Conradus Salicus, singulari Constitutione, primus sanciuit\*. Quo facto militarium hominum, erga se, studia haud parum firmavit.

\* *WIPPO* in Vit. Conradi Salici, ap. *PISTORIUM*, p. 430. *Militum autem animos in hoc multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum, nemini posterorum auferri sustinuit. Ad legem Conradi prouocatur I. F. 1. §. 2. Constitutionem ipsam supra laudauimus, cap. 7. §. 28. Verba eius, de successione, haec sunt: Praecipimus otiam, ut, cum aliquis miles, siue de maioribus, siue de minoribus, de hoc seculo migrauerit, filius eius beneficium habeat. Si vero filium non habuerit, et auaticum ex masculo alio reliquerit, pari modo beneficium habeat, seruate*

*usu maiorum valuasorum, in dandis equis et armis suis senioribus. Si forte aviticum ex filio non reliquerit, et fratrem legitimum, ex parte patris, habueris, si juniorem offensum habuit, et sibi vult satisfacere, et miles eius effici, beneficium, quod patris sui fuit, habeat.*

§. V. In Ducatibus, aliisque feudis maioribus, in Germania certe, successio seniorius demum, nec vno tempore, introducta est<sup>2</sup>.

- 1) Notabilis est textus II. F. 14. *De marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali dignitate, si quis inuestitus fuerit per beneficium ab Imperatore, illo tantum debet habere. Heres enim non succedit villo modo, nisi ab Imperatore, per inuestituram, acqviserit.* Sed tota haec disquisitio alium sibi locum postulat.
- 2) Conf. IAC. GABR. VVOLFIVS in *Elem. Jur. Feud.* cap. 10. §. 4. Exemplum Guelfi IV. Bauarjæ Ducis, qui an. 1097. ab Imp. Henrico IV. impetrauit, ut vni, ex filiis, successio in Ducatu decerneretur, annotavi in COMMENT. de *Rebus Imperii sub Henrico IV.* Lib. II. cap. 33. De minoribus feudis, verus legitimæ successions documentum exstat in *Iustitia Ministerialium Ecclesiae Bambergensis.* Quem locum dedi supra cap. 7. §. 29. not. 2.

§. VI. Sunt autem certa requisita, ut quis succedere, in feudo, possit. Non enim succedunt, nisi nati ex legitimo matrimonio \*.

\*) Olim

1) Olim etiam  
quali matrim  
Quod, in  
Capitulatione

§. VII. Ita  
nec non legiti  
quens matrim  
quia dispositio  
interpretanda,  
mino, ex lege  
certe, legitimum  
succedere, leg

1) II. F. 26.  
POSTEA  
nem feudum nec  
successione natu  
confertur d  
lis. 23.

2) Legitimos  
tendos censent  
ITERR  
tional per Rel  
TITIVS; cap  
Da. BAVAR  
ram per nuptia  
III. cap. 3. 1

1) Per Ord. Po  
AYGVSTEO,  
1812. P. 32.

- 1) Olim etiam requirebatur Iure Germanico, vt ex aequali matrimonio progeniti essent (Ebenbürtig). Quod, intuitu feudorum regalium, renouatum in Capitulatione Imp. Caroli VII. Art. XXII. 4.

§. VII. Itaque excluduntur naturales: nec non legitimati<sup>1</sup>, etiam si per subsequens matrimonium facta sit legitimatio; quia dispositio Iuris Feudalis strictissime est interpretanda, propter ius agnatis, aut domino, ex lege quaesitum<sup>2</sup>. In Saxonia certe, legitimati per nuptias prohibentur succedere, lege expressa<sup>3</sup>.

- 1) H. F. 26. c. naturales. *Naturales filii, LICET POSTEA FIANTE LEGITIMI, ad successionem feudi nec soli, nec cum aliis, admittuntur.* De successione naturalium, et legitimatorum, in feuda, conferatur *DARPAEVS in Praesid. Iuris Feudalis. 23.*

- 2) Legitimatos per subsequens matrimonium admitte-  
ntendos censent, *GALLIVS* Observat. Lib. II. 141. *ITTERVVS* cap. XIV. §. 6. qui etiam legitimatio-  
nari per Rescriptum eum effectum tribuit: et *TITIVS*; cap. XXI. §. 12. Negatiuam defendunt  
Dn. *BAVERVS* in Diss. de Successione Legitimato-  
rum per nuptias, exsule in feudis: *MOSERVVS* P.  
III. cap. 3. 13.

- 3) Per Ord. Politicam Electoris Mauritii, in *COD. AYGVSTEO*, T. I. p. 19. et per edictum de an. 1552. *IBID.* p. 32.

§. VIII. Nec adoptiuus admittitur \* ; quia feuda dantur sanguini, siue stirpi, legitimo modo propagatae.

\* II. F. 26. c. adoptiuus.

§. IX. Quod progeniti, ex matrimonio ad Morganaticam, non succedunt <sup>1</sup>, ex ipsa indole pacti fuit, quo tale matrimonium contrahitur <sup>2</sup>.

1) Equidem II. F. 26. c. filii nati. ita legitur in vulgata editione: *Filii nati ex ea uxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum est, ne filii, ex ea nati, patri ab intestato succedant, IN FEVDO SVCCEDVNT. Nam quamuis improbetur ratione talis conditio, ex usu tamen admittitur. Sed obseruauit BITSCHIVS ad h. l. male omiffam particulam negatiuam, et legi debere: non succedunt.*

2) Ita, vt exemplo rem illustremus, Ferdinandi, Archiducis Austriae, liberi, ex tali matrimonio suscepti, patri non succedebant, etiam si vxor deinde dignitate Principali honorata fuerat.

§. X. Requiritur etiam, vt, qui succedere vult in feudo, habilis sit ad seruituram, ratione sexus, status, atque habitus animi, et corporis.

§. XI. Initio, feuda masculina tantum fuisse, iam supra obseruatum. Sed quum Domini seruitium praestari per alium sine-

finerent, feud  
coeperunt  
vel ipsa conti

1) IACO  
ad feuda re  
zum T. X.  
CILVPPA  
200.

2) Ita Principes  
Friedericus I.  
ruit, hoc, in  
Dux Austriae  
caus ad ju  
natur.

§. XII. Fe  
sione femina  
feudis oblati  
num heredita  
bus acque,  
censetur. Fe  
extendunt a  
oblata existi  
in dubio fe  
feudo, prob

§. XIII.  
succedunt d  
ex vniuersa



finerent, feuda ad feminas quoque transire  
coeperunt<sup>1</sup>: vel ex priuilegio singulari<sup>2</sup>,  
vel ipsa consuetudine Curiae.

1) IACOBVS DE ARDIZONE *de feminis  
ad feuda recipiendis, vel non: in Tractatu Tracta-  
uum T. X. P. 1. fol. 225. 10. BAPTISTA CAC-  
CIALVPP1 de feminis ad feuda recipiendis, vel  
non.*

2) Ita Principes Austriaci, in Diplomate, quo Imp.  
Fridericus I. anno 1156. Ducatum illum insti-  
tuit, hoc, inter alia priuilegia, obtinuerunt: *Ut, si  
Dux Austriae sine herede, filio decederet, idem Du-  
catus ad seniores filiam, quam reliquerit, deuol-  
uatur.*

§. XII. Equidem sunt, qui, pro succes-  
sione feminarum, praesumptionem esse, in  
feudis oblatis, statuunt; quoniam qui ho-  
num hereditarium in feudum offert, filia-  
bus acque, ac filiis, prospicere voluisse  
censetur. Eandem praesumptionem porro  
extendunt ad feuda ecclesiastica, quasi illa  
oblata existimare debeant. Sed verius est,  
in dubio feminam, quae succedere vult in  
feudo, probare debere, esse feminium.

§. XIII. Regulariter autem feminae  
succedunt demum, deficientibus masculis,  
ex vniuersa stirpe<sup>1</sup>, nisi feudum ita con-  
cessum,

cessum, vt filiae, vna cum filiis, succedant<sup>2</sup>. Quod vocatur feudum promiscuae successione, vti sunt plerumque feuda hereditaria.

1) II. F. §1. c. *similiter*.

2) GOTTFR. BARTHIVS *de successione feminarum in feudis*. SCHWEDERVS *de feminarum, cum masculis concurrentium, exclusione in feudo*. EIVSDEM *Casus Practici de feminarum successione in feudis*.

§. XIV. Vulgata quidem opinio est, feminam, semel a successione per masculum exclusam, semper et cum descendentibus exclusam manere<sup>1</sup>. Verum ab aliis ostensum, excludi tantum, quamdiu eius, cui cedere debuit, posteritas superest<sup>2</sup>.

1) Vid. quos adducit B. G. STRVVIVS cap. XII. §. 7. not. <sup>no 10</sup>

2) Vid. BARTHIVS in *Diff. de successione feminarum in feudo* §. 23.

§. XV. In quaestione, an Clerici succedere possint in feudo<sup>1</sup>, monachi primum distingui debent a clericis secularibus. Illos quidem iam ipsa professio paupertatis excludit. Sed praeterea textus II. F. 21. et 26. clericos, in genere, a feudo arcet:

arce: ita vt  
quod ante

1) Pessime  
Cassinos  
suet c H  
in Diff. a  
Impari. ma  
A LIDEV  
fatis in f  
Contratum  
is Promissio  
Ludovicus  
spatw.

II. F. 21. M  
sine liberi  
remotio  
guis affum  
hoc exerti  
m, vel ag  
tatum est,  
torem, et  
est miles  
qui non del  
ritus effu  
rpe foudit

§. XVI  
Alemannico  
admittuntur  
priuatis. S  
singulari: q  
cis?

arceat: ita vt ne retinere quidam feudum,  
quod ante habuerant, possint<sup>2</sup>.

1) Possintne clerici succedere in feudo, inter do-  
ctissimos viros disputatum est. Excludentes cen-  
suerunt CHR. GÖDOPREDEVS HOFHANNVS,  
in Diss. de clericorum in feuda, imprimis S. R.  
Imperii maiora, successione, et IO. PETRVS  
A LVDEVVIC in Diss. de clerico exule succes-  
sionis in feuda, et Principatus S. R. Imperii.  
Contrariam sententiam tuetur GEBAYERVS,  
in Promulsade de CCCC. annorum vsu, ob quem  
Ludouigius clericos in feuda succedere non posse  
opinatur.

II. F. 21. Miles, qui beneficium tenebat, cum esset  
sine liberis, venerabilem domum intravit, et seculo  
renunciando arma bellica deposuit, habitumque reli-  
gionis assumpsit, et sic conuersus factus est. Hic, do-  
nec vixerit, feudum retinere conatur, quod domi-  
nus, vel agnatus, sibi pertinere contendit. Sed indi-  
catum est, domini, vel agnati conditionem esse po-  
tiorum, eo, quod desit esse miles seculi qui factus  
est miles Christi, nec beneficium pertinet ad eum,  
qui non debet gerere officium. II. F. 26. Qui cle-  
ricus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc,  
ipso feudo admittit.

§. XVI. Iure Saxonico<sup>1</sup>, aequae ac  
Alemannico<sup>2</sup>, Clerici (non Monachi)  
admittuntur ad successionem, in feudis  
priuatis. Si alicubi arcentur, id fit lege  
singulari: qualis est in Austriacis provin-  
ciis<sup>3</sup>.

2) Vid.

- 1) Vid. Sächsisches Landrecht, Lib. I. art. 25. et Lehnrecht, cap. 2. Idque in Saxonia Electorali confirmatum Constit. P. III. 28.
- 2) *Ius Feudale Alemannicum*, cap. 3.
- 3) Rescriptum Imp. Caroli VI. de anno 1718. in LVNIGII Corp. *Iur. Feudal.* T. II. p. 439.

§. XVII. In feudo autem Imperii regali, Clericus, ad successionem, non videtur admittendus, ex ipsa feudorum regalium ratione: tum et argumento Aureae Bullae, quae, in successione Electorali, laicum, disertis verbis, requirit: ipsaque destinatione familiarum illustrium, quae filios natu minores, Ecclesiae addicunt, ut primogenitis integra hereditas seruetur.

§. XVIII. Id usu etiam obtinere, ostendunt exempla Principum, qui sacris initiati ordinibus, quum succedere vellent in Principatu, feudoque regali, ab Ecclesiastico statu ad secularem reuersi sunt. In Italia, Ferdinandus Medices, Cardinalis, successit fratri Francisco, in Magno Ducatu Etruriae: Cardinalis Ferdinandus Gonzaga, fratri Francisco, in Ducatu Mantuae et Montisferrati: vterque, posita Romana purpura.

§. XIX.

IN  
§. XIX. Nec  
Domo Austriaca  
pla. Leopoldus  
nandi II. frater  
centis, et Passau  
tica dignitate,  
regendam accepit  
gismundus Franci  
Augustanus, quum  
nando Carolo, ad  
teretque in Princ

§. XX. Exsol  
vinum prorsus in  
fectum aliquem,  
pi, furiosi, sive  
muti\*.

\* I. F. 6. 1. 2. M  
licet qui nullo modo  
F. 16. feudum  
non valet. Hoc  
HENR. BIRCH  
quosque muti et  
DARDAEVA

§. XXI. Veru  
ratio valde immut  
tulo oneroso, acq

§. XIX. Nec in Germania, et ipsa Domo Austriaca, desunt eiusmodi exempla. Leopoldus Wilhelmus, Imp. Ferdinandi II. frater, Episcopus Argentoratensis, et Passaviensis, abdicata ecclesiastica dignitate, portionem Tyrolensem regendam accepit. Filius eiusdem, Sigismundus Franciscus, Episcopus iam erat Augustanus, quum, mortuo fratre, Ferdinando Carolo, ad seculum rediret, succederetque in Principatu.

§. XX. Excluduntur etiam, qui ad servitium prorsus inhabiles sunt, propter defectum aliquem, siue animi, ut mente capti, furiosi, siue corporis, ut surdi, et muti\*.

\* I. F. 6. §. 2. *Mutus feudum retinere non potest, sed licet qui nullo modo loquitur. Ratio redditur, II. F. 36. feudum retinere non posse, qui ipse servitium non valet. Hos textus, data opera, explicat IO. HENR. BERGERVS in Disquis. Vtrum, et quousque muti et stulti feudorum sint cadaces? Conf. DARPÆVS in Praeiuiciis Feudal. 3. et 4.*

§. XXI. Verum quum prisca servitii ratio valde immutata, et feuda plerumque, titulo oneroso, acquisita sint, aequius est,

M

Domi-

Dominum temperare legis rigorem, et gratiam facere inhabili, vbi id, circa praeiudicium agnatorum, fieri potest\*.

\* BERGERVS l. c. §. 14. et sequ.

§. XXII. Filii, in feudo, succedunt aequaliter, vbi non est introducta primogenitura. Quando, cum filiis, concurrunt nepotes, iure repraesentationis succedunt in stirpes.

§. XXIII. Constitutio Friderici Imp. a diuisione excipit feuda regalia\*, quae integra conseruari, publicae rei intererat. In Germania tamen, in iis quoque, diuisio aliquando obtinuit.

\* II. F. 55. Praeterea Ducatus, Marchia, Comitatus, de cetero non diuidantur. Aliud autem feudum, si consortes voluerint, diuidatur: ita vt omnes, qui partem feudi habent iam diuisi, vel diuidendi, fidelitatem faciunt.

§. XXIV. Verum nec vniuersalis fuit ea consuetudo<sup>1</sup>, et iam fere exoleuit, ex quo conuenientius visum, integram successionem primogenito relinquere, vltra genitis de Apanagio prospicere<sup>2</sup>.

1) Conf. LVDOLFVS de Iure Primogeniturae, P. II, aph. 8. num. 11. 12.

2) De

1) De Primogenitura  
FRAN. CIF. IV.

§. XXV. In feudo succedunt hereditate alioquin diversis verbis, l. bina reliquit pat.

1) Hoc iam fundum suum reliquit, non pascere, sed ad vult. Quae res perinde. Et licet sit tamen conuenienter laeti, quod de re edita, repulsa onere et hereditate.

2) CONSTIT. P. Fundus Eberhardus Euphen, §. 71.

§. XXVI. Alia est successio in hereditario.

§. XXVII. In mentum succedente, quirent, genus

1) Incidit questio in deficientibus agnatis genus docant, vel Schild und P.

- 2) De Primogenitura, et Apanagio, pluribus actum in  
PRINCIP. IUR. PVBL. Lib. 6. cap. 5. §. 8. sq.

§. XXV. Descendentes, quando in feudo succedunt, non possunt abstinere ab hereditate allodiali<sup>1</sup>. Quod ita cautum, disertis verbis, Iure Saxonico, ut, quae debita reliquerit pater, eo certius solvantur<sup>2</sup>.

- 1) Hoc iam fundatum est in textu II. F. 45. *Vbi vero filium reliquit, non potest hereditatem sine beneficio repudiare, sed aut utrumque retineat, aut utrumque repudiet. Quo repudiato, ad agnatos, si paternum sit, pertinebit. Et licet alterum sine altero non possit, agnatis tamen consentientibus, poterit dominus eum si voluerit, quasi de nono beneficio inuestire. Quo facto licebit ei, repudiata hereditate, feudum tenere, nullo onere ei hereditario imminente.*
- 2) *CONSTIT. P. II. 47. Add. Erledigung der Landes-Gebrechen, de an. 1661. Tit. von Justitzsachen, §. 71.*

§. XXVI. Ascendentium, in linea recta, nulla est successio in feudo, praeterquam in hereditario.

§. XXVII. Inter collaterales, fundamentum succedendi est, ut, a primo acquirente, genus ducant\*.

\* Incidit quaestio in feudis, per Franconiam, utrum, deficientibus agnatis, qui a primo acquirente genus ducant, reliqui etiam gentiles, die etnes Schild und Helmes sind, in feudo succedant?

Pro affirmatiua, prodiit CAROLI FRIDERICI SCHOEPPERII Tr. de Feudis Germaniae Gentiliis quibuscunque, Geschlechts, Lehnu zu Schild und Helm. Negatiuam defendunt BOCRISIUS Obs. 21. LVDOLPHVS in Symphorem. T. II. Consultat. 10. SVVEDERVS Consl. Iuridic. T. IV. 17.

§. XXVIII. In successione fratrum perinde est, sintne germani, an consanguinei, in feudo paterno; aut vterini, in feudo materno. Quod aliter se habet in successione iuris Ciuilis: secundum quam fratres germani praefertuntur\*.

\* Conf. FRANCISCI DE ANDREYS Disquisitio, an fratres in feuda succedant, quum fratri descendenti non sunt coniuncti ex eo latere, unde ea obtulerunt. Neapoli. 1694. fol.

§. XXIX. Quando concurrunt fratres, et defunctorum fratrum filii, hi quoque, iure repraesentationis, succedant in stirpes<sup>1</sup>. Si fratrum filii tantum adsunt, succedunt in capita<sup>2</sup>.

1) II. F. 11. Isque succedendi modus confirmatus in R. I. Wormaticensi, de an. 1521. §. 19. Iure Saxo-nico communi, repraesentatio, in linea collateralis, locum non habet. In feudali tamen successione, obtinet, per Constit. Elector. P. III. 29.

2) Quando plurius fratrum adsunt liberi, vtram in stirpes, vel in capita, sint successio, accites quon-

quodam, inter  
modus succeder  
roni, de an  
Imp. Caroli  
successione feud

§. XXX. V  
successio denot  
habenda primar  
neae, ex qua sine  
illi superest, succ  
rit gradu<sup>1</sup>. Si  
qui ex reliquis  
non adsint pari

V) II. F. 10. Si  
nullo suo relin  
mat. quaretur  
qui ex ista linea  
quod dicitur, ad p  
sumores esse dicit  
Se quoniam ex ha  
lineae agnatae  
nem triviale  
STRVIVV, 4.  
§. 4. et 5.

2) Ab ea successio  
rinet, aliquant  
primogeniturae,  
deficiente linea p  
geniti stirpe, succ  
neis, ad hunc gradu



quondam, inter Iureconsultos, disputatum fuit. Sed modus succedendi in capita, probatus in R. I. Spirensi, de an. 1529. §. 31. et singulari constitutione Imp. Caroli V. sancitus est: servatusque etiam in successione feudali. **HORNIVS XVI. 8.**

§. XXX. Vbi ad vltiores agnatos successio deuoluitur, iique plures adfunt, habenda primum est ratio stirpis, siue lineae, ex qua fuit defunctus; ita, vt, qui ex illi supereft, succedat, in quocunque fuerit gradu<sup>1</sup>. Si tota defecerit, succedunt, qui ex reliquis lineis pari sunt gradu: si non adfint pari gradu, qui est proximior<sup>2</sup>.

V) H. F. 50. *Si ille, qui feudum habet, decesserit, nullo filio relicto, an ad omnes, vel ad quos perueniat, quaeritur? Respondeo, ad solos, vel ad omnes, qui ex ista linea sunt, ex qua iste fuit. Et hoc est, quod dicitur, ad proximiores pertinere. Isti vero proximiores esse dicuntur respectu aliarum linearum. Se omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliae lineae aequaliter vocantur. Latius hanc successionem feudalem explicat BURCH GOTTHELF STRVVIVS, in Iurisprudenz. Feudali, cap. 13. §. 4. et 5.*

2) Ab ea successione, quae Iure Feudali communi obtinet, aliquantum differt successio linealis in feudis primogeniturae, de qua in sequentibus. In his enim, deficiente linea primogeniti, proximus, ex secunda geniti stirpe, succedit, licet, ex subsequentiibus lineis, adfint gradu proximiores.

§. XXXI. In feudis Imperii, successio non stat hac tantum regula; sed in maioribus feudis successio, ad dignitatem familiae, et opes eo melius firmandas, speciali fere lege, pactoue, attemperata est<sup>1</sup>. Praecipue primogenitura placuit inter descendentes<sup>2</sup>, et ratione collateralium successio linealis.

1) Conf. NIC. BETSIVS *de pactis familiarum illustrium circa successionem*. PHIL. KNIPSCHILDIVS *de fideicommissis familiae conservandae causae relittis*.

2) Conf. PRINC. IVR. PVEL. L. 6. c. 5. §. 8. et sq.

§. XXXII. Alius est succedendi modus, ubi ratio habetur non lineae, sed gradus, et in gradu sexus, et aetatis. Qui Maioratus in specie vocatur\*.

\* Maior, et Maioratus, interdum quoque primogenitum, et primogenituram, designat. Sed hic, significato proprio, sumitur. Vid. Illustriss. Comitiss. FRID. LUDOVICI DE SOEMES. *Diss. de Maioratu*.

§. XXXIII. Sunt etiam familiae, in quibus, ad solam aetatem agnatorum, in quacunque sint linea et gradu, restringitur successio. Vnde Senioratus, proprie sic dictus, nomen habet\*.

\* In

1) In Imperio, vno Brunsvicensium Anhaltinum sec MOSE

§. XXXIV. fionem, conue illaribus, locutione mica \*

\* Tale fuit pactum pis cum Electorali Clivie, vt, de Saxonia in Cliviam Montium Ducatus gaudebat, successione special. stricte, cum Winitum, in Concilio. II. p. 741

§. XXXV. Nam, pacta Confirmitatis, De Publico\*, quae ant feudorum pacta eiusmodi confirmari debe

\* De pactis confirmatis PUBLICI, Lib. natu 1310, Lib.

- 1) In Imperio, viget praerogativa Senioratus, in Domino Brunsvicensi, et Luneburgensi, in Familia Principum Anhaltinorum, et aliis nonnullis, quas recenser MOSERVS cap. 4. §. 12. et seq.

§. XXXIV. Praeter legitimam successionem, conventionali quoque, in familiis illustribus, locus fit, per pacta de successione inita \*.

- \* Tale fuit pactum dotale Iohannis Friderici, Principis tunc Electoralis Saxoniae, cum Ioanne, Duce Cliviae, ut, deficiente prole Ducis mascula, Domus Saxonica in Cliviae Ducatu, aequae ac in Iuliaci et Montium Ducatibus, in quos iam ante expectantia gaudebat, succederet: in LVNIG. Reichs-Archiv, Part. special. p. 31. Tale est pactum Domus Austriae, cum Wurtembergica, ab Imp. Rudolpho II. in initum, in LVNIG. Reichs-Archiv, Part. spec. Contin. II. p. 741.

§. XXXV. Nota imprimis, per Germaniam, pacta Confraternitatis, itemque Ganerbinatus. De utrisque, melius in Iure Publico \*, quum nihil hic singulare habeant feudorum iura, praeterquam quod pacta eiusmodi, quae feudum respiciunt, confirmari debent a Domino.

- \* De pactis confraternitatis vid. PRINCIPIA IURIS PVBLCI, Lib. VI. cap. 5. §. 26. De Ganerbinatu IBID. Lib. VII. cap. 1. §. 41.

§. XXVII. Successio testamentaria, vt, per se, naturae feudi<sup>1</sup>, propter ius domini, et agnatorum, minime congruit, improbatur etiam textu I. F. 8. *null ordinatione vassalli in feudo manente, vel valente*<sup>2</sup>.

- 1) Adeo semper militat, praesumptio contra facultatem testandi, vt, si alicui in feudo concessa sit potestas alienandi, sub ea tamen non comprehendatur etiam libertas testandi. HORNIVS cap. 14. §. 4.
- 2) Feudo autem legato, de quo Vassallus disponere non poterat, quid obtineat, infra, cap. 12. §. 20. disquiremus.

§. XXXVII. Aliud dicendum, si facultas testandi concessa sit vassallo, aut consuetudine curiae alicuius, vel absolute, vel saltem respectu agnatorum, obtineat<sup>2</sup>.

- 1) Exstat testamentum Renati, Principis Arantionensis, in quo profiterur, ab Imp. Carolo V. hanc sibi facultatem concessam: apud LVNICIVM in Corp. Iur. Feud. I. 1056. Imp. Ferdinandus II. quum Wallenteno Ducatum Friedlandiae in feudum daret, adiecit, in ipsa inuestitura, libertatem testandi: apud LVNICIVM l. c. II. 143.
- 2) In Brabantia, et aliis quibusdam provinciis Belgii, imperato Domini consensu, feuda per testamentum valide acquiri, affirmat CHRISTINAEVUS in Iurisprud. Heroica ad Art. IV. §. 4. p. 162. Idem de feudis Leodiensibus testatur CAROLVS de

de MEAN, in  
feudis, Oselev.

§. XXXVIII  
disponere Vasa  
etiam portiones  
heredes sicut et  
rentis tenentur.  
ros, ex iusta cau  
mere hereditario  
nouo.

1) CAIT. HENR  
PARIS, circa 15  
IAC. GABA. V

2) In veteri quop  
BAVERVS in dist.

§. XXXIX. Q  
in feudis Imperii  
obseruancia ostendit

\* IITERSV CA

§. XL. Prae  
dos, in visu etiam  
me, successio, et  
Admittuntur au  
pari iure, omnes,  
nisi aliud statutu



fula, nach rechter Sipp-Zahl, id est, secundum graduum ordinem.

1) HORNIVS cap. 16. §. 12. et sq.

2) In Saxonia Electorali tamen nihilominus, si, cum fratre, concurrunt fratrum praedefunctorum liberi, iure repraesentationis, succedant in stirpes. Ita dispositum, in laudata Constit. Elect. P. III. 29. Daß bemeldtes *Ius repraesentationis* auf Sächsischen Boden unserer Lande, dießfalls in der Lehnsfolge, ungeachtet wenn die Clausul nach rechter Sipp-Zahl, im Lehnbrief gesetzt worden, statt haben soll.

§. XLI. Successionis, in feudis Imperii, ea vis est, vt Principi, etiam ante inuestituram, administratio territorii, et locus in Comitibus, competat\*.

\* Conf. ITTERVS cap. 9. §. 26. et seq. Equidem, in Comitibus, anno 1608. controuersia hoc titulo mouebatur Legato Ducis Wurtembergiae. Verum illa adeo fuerunt turbulenta, vt inde vix argumentum ducere liceat. Io. Georgius II. Elector Saxoniae, electioni Leopoldi Imperatoris interfuit, licet nondum inuestituram accepisset.

§. XLII. Pari libertate possessionem territorii, iure ad se deuoluti, occupant\*.

\* Vid. ITTERVS cap. 24. §. 2.

§. XLIII.

IN  
§. XLIII. Vt  
alios heres est  
fructus, nomi  
magnas hand r  
dubio, res praef  
sumio semper  
qualitas facti est  
lari decisione, co

1) AVE. COTTE  
frenis de vltimo y  
de iure separandi

2) II. P. 26. G.  
STAVIVS C  
feudo, altere  
THOMASIVS,  
Instituti.

3) DECIS. 218  
einfallendem S  
den Agnaten un  
wofür der D  
es Lehn ser, h  
vor Erbe gebau  
tern vorden D  
geräumt, die  
Lehnsfolger e  
der Weise aus  
gei. und gelat

§. XLIV. H  
hndi patrimonial

§. XLIII. Vbi alius succedit in feudo, alius heres est allodii, separantur bona, fructus, nomina, iura<sup>1</sup>. Quod quidem magnas haud raro difficultates habet. In dubio, res praesumitur allodialis, quia praesumptio semper pro libertate, et feudalis qualitas facti est<sup>2</sup>. Id in Saxonia, singulari decisione, confirmatum<sup>3</sup>.

1) AVG. GOTTH. PETERMANN *de separatione feudi ab allodio* CHR. GOTTFR. MOFFMANN *de iure separandi feudum ab allodio.*

2) II. F. 26. c. I. Doctorum consensum adducit STRUVIUS cap. 20. §. 25. Contra vero, pro feudo, asserere praesumptionem conatus est CHR. THOMASIVS, *in cautelis circa praesumptionem allodialitatis.*

3) DECIS. ELECTORAL. XXXVIII. Daß bey einfallendem Zweifel, und Streit, zwischen den Agnaten und Töchtern, das Stück Gut, (woferne der Agnat nicht in *continenti*, daß es Lehn sey, bescheinigen kann) nicht allein vor Erbe gehalten, sondern auch denen Töchtern vor den Agnaten die Posses desselben einz geräumet, sie darinnen so lange, bis der Lehnsfolger ein anders, gnugsam ordentlich Weise ausgeführt, geruhiglich geschützet, und gelassen werden sollen.

§. XLIV. Heredibus allodii cedunt fundi patrimoniales, et res mobiles, nisi  
factae

factae sint pertinentiae feudi, supplex, atque ipsum instrumentum fundi feudalis \*. Praeterea, ratione meliorationis, repetunt expensas.

\* GE. ADAMI STRVVI Centuria Decisionum.  
quarum res feudales, quarum allodiales?

§. XLV. Fructus percepti, ad heredem allodii, pertinent: nondum perceptorum diuersa habetur ratio. Scilicet intuitu industrialium, et naturalium, certi sunt termini, intra quos vel successori in feudo, vel heredi allodii, competant <sup>1</sup>. Iure communi disponitur, vt, si intra Kal. Septembris, et Kal. Martii, decesserit vasallus, fructus illi ad Dominum pertineant, si post Kal. Martii, ad heredes <sup>2</sup>. Sed illa particio, extra Italiam, parum conuenire visa est. <sup>3</sup>.

1) 10. WOLFGANGVS TRIER, de transmissione fructum feudi in heredes allodiales.

2) II. F. 28. c. His consequentes. His consequenter dicitur, quod si vasallus decedat sine herede masculino, et contigat feudum ad dominum reuerti, sic distinguitur: quod si ante Martium, omnes fructus illius anni, ex feudo prouenientes, ad dominum pertinebunt, si vero post Kalendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertineant.

nam. Si vero  
principes dominum  
1) Iure Saxoniae  
que in Saxonia  
specialis dicitur  
XVI. §. 29.

§. XLVI. R  
veler lus Civile,  
fallo, heredibus  
si post mortem en  
lodiales, et reud  
diuidantur\*.

\* Arg. L. 7. D. f  
Conf. 10. s  
de modo computat  
allodia.

§. LXVII. Pr  
tes Imperii, habe  
adeoque et separ  
Vti exemplo eit  
nis Comitum Lu  
Wolsteini f.

1) In ipsa Pace We  
men agros dicitur,  
domum Bauaricae  
superior hoc casu,  
heredes allodialit  
beneficia, quae ipse  
vita manent.



neant. Si vero post Augustum, omnes fructus anni praecipiet dominus.

- 3) Iure Saxonico, aliter fit distributio fructuum, eaque in Saxonia Electorali, per Constit. 32. P. III. specialius definita est. Conf. HORNIVS cap. XVI, §. 29.

§. XLVI. Ratione fructuum civilium, valet Ius Civile, ut, si dies venerit viro vallo, heredibus allodii solis debeantur; si post mortem eius, inter successores allodiales, et feudales, pro rata temporis, diuidantur\*.

\* Arg. L. 7. D. soluto matrim et L. 26. ib. de usufr. Conf. 10. SEBASTIANI IHERINGES Diss. de modo computandi fructus in separatione feudi ab allodio.

§. LXVII. Principes etiam, et Comites Imperii, habent patrimonialia bona<sup>1</sup>: adeoque et separationi<sup>2</sup> locus esse potest. Vti exemplo est separata successio in bonis Comitum Limburgi<sup>3</sup>, et in Comitatu Wolfsteinii<sup>4</sup>.

- 1) In ipsa Pace Westphalica, Art. IV. §. 6. hoc discrimen agnoscitur, occasione Palatinatus superioris in domum Bavaricam translati. Ita tamen Palatinatus superior hoc casu, ad Palatinos superstites redeat, ut heredibus allodialibus Electoris Bavariae, actiones, et beneficia, quae ipsis ibidem de iure competunt, reservata mancant.

2) De

- 2) De quo *ITTERVS* cap. 8. *LVDOLFVS* de *In-*  
*roductione Iuris Primogeniturae* Part. Special. §. 6.  
num. 23. et sq. *MOSERVS* l. c. P. IV. cap. 9.
- 3) *CONF. MOSERVS* l. c. §. II.
- 4) In Comitatum Wolfsteinii, Expectatiam habebat  
Electo Bauariae. Separatio feudi et allodii, a  
Commissione Caesarea, instituta fuit, superhite  
ultimo Comite. *CONF. Staats-Canzley*, T. 59.  
c. 13. et T. 61. c. 10.

§. XLVIII. Vbi vero allodia incorpora-  
rata sunt feudo\*, aut bona omnia vno  
fideicommissio comprehensa, iam, non da-  
tur amplius separationi locus.

\* Ita in Successione Palatina, post mortem Caroli  
Electoris, Ducis Areliaensis, allodium postu-  
lanti, opponeretur, allodium incorporatum cen-  
seri feudo. Vid. Acta Compromissi Francofurten-  
sis, p. 253.



Domini directi, et  
directi. 2.

Mortui inter Dominos,

Ad eum tenentor Dominus

Vasallus debet fidelitatem

Quand licet Dominus

non Vasallus, in sua

An Dominus impo-

nitur?

Obligatio Vasalli ad servitium

De servitio militari, ca-

De beneficium, et de de-

Causis servitii, et de de-

De excoatione ad servitium

Quantum tempore servitii

servitii? 16.

Car militia feudalis ser-

Servitium ad Curiam, et

notaria, 19.

Servitium ratione officii

nata, cuius ad

pra Domino, 22.

De laicis, servitium, 23.

De Dominis directis, in

bonis militaribus in ser-

vitio, 24.

EVDO.

de 20.  
1. 6.  
cap. 9.

iam habet  
allicii, a  
superflua  
9, T. 19.

corporo-  
ia vno  
nonda

rem Caroli  
sum postu-  
atum cen-  
noculura-

CAP.

\*\*\*\*\*

CAP. XI.

DE DOMINIO FEV-  
DALI DIRECTO, EIVSQUE  
EFFECTIBVS.

- Dominii directi, et vilis, in dolo. 1. Effectus Dominii directi. 2.*
- Mutua inter Dominum, et vasallum, obligatio. 3.*
- Ad quid teneatur Dominus feudi? 4.*
- Vasallus debet fidelitatem Domino, et reverentiam. 5.*
- Quando liceat Dominum in ius vocare? 6. De testimo- nio Vasalli, in causa Domini. 7.*
- An Dominum inopem alere, ex feudo, teneatur Vasal- lus? 8.*
- Obligatio Vasalli ad servitia. 9.*
- De servitio militari, cavalcata, scutagio. 10.*
- De hostenditiis, et vnderatione servitii militaris. 11.*
- Cuinam serviat, qui plures habet Dominos? 12.*
- De evocatione ad servitium: 13 Et lustratione. 14.*
- Quantum temporis servire teneatur Vasallus? 15. Et cuius sumtu? 16.*
- Cur militia feudalis fero in desuetudinem venerit? 17.*
- Servitia ad Curiam, et Placitum, iudiciaria: 18. Et ho- noraria. 19.*
- Servitia ratione officii 20. Aut alias specialiter determi- nata, velut ad albergariam, 21. ad vadimonium pro Domino. 22.*
- De ludicris servitiis. 23.*
- De Dominio directo, in feudis Imperii 24.*
- Servitia militaria in feudis Imperii: Vbi et de Expeditione Romana, et Astriensis, 25 26.*

192 CAP. XI. DE DOMINIO FEVDALI

*Seruitia quondam, in Curia Imperiali, vsitata. 27. Quae hodie, in feudis Imperii, seruitiorum ratio? 28. Nec non in feudis provincialibus? 29.*

*Excusatio a seruitio, ratione Domini, 30. 31. aut Vasalli 32.*

*Immunitas Vasalli a collectis. 33.*

*De subsidio charitativo. 34.*

*De Adoha. 35.*

*Casus, in quibus exigi solet subsidium charitativum, 36. 37.*

§. I.

**F**eudo rite constituto, dominium rei certo modo diuiditur, inter dominum, et vasallum. Interpretes feudorum vocabula domini directi, et vtilis, introduxere<sup>1</sup>. Directum vocant<sup>2</sup>, quod domino feudi competit; vtile, quod vasallo. Germani dominium directum appellant, *Ober = Eigenthum*; vtile, *Nutzbares Eigenthum*.

1) Ineognita Romano Iuri illa domini genera. Sed Iureconsulti ea nomina, methodi causa, excogitarunt. Videntur autem ante oculos habuisse actiones directas, et vtilis, atque, ad earum exemplum, diuisisse dominium in directum et vtile. Scilicet novae rei nova etiam accommodanda fuere vocabula; eaque non immerito retinentur, secundum illud Pauli, L. 23. de Leg. et Scris: *Minime sunt mutanda, quae interpretationem certam semper habuerint.*

2) Do

DIRECTO, EIVS

1) Domini directi  
rum, vii u.  
qua ratione

§. II. Domini  
cipui sunt, quo  
ritur, quod fe  
quod feudum,  
nari, aut onerari  
exintra familia  
ins protimiseos,  
in causis feudali  
loniam Vasallus

§. III. Haec  
minantur ex mu  
tallam, obligatio  
turae, et indole  
cognoscitur. S  
feudo ligio, alia

§. IV. Domini  
dum, de quo in  
defendere. II.

§. V. Vasalli  
fidelitatem, qu  
omne genus offi  
sum domini prom

- 2) Domini directi vox occurrit in ipso iure feudorum, uti H. F. 34. c. 1. *Dominium directum qua ratione possit vendi?*

§. II. Domini directi effectus praecipui sunt, quod, a Domino, inuestitura petitur, quod fidelitas et seruitia debentur, quod feudum, sine Domini consensu, alienari, aut onerari nequit, atque ad ipsum, extincta familia Vasalli, reuertitur: item ius protimiseos, et retractus, Iurisdictio in causis feudalibus, quodque propter feodioniam Vasallus feudo priuatur.

§. III. Haec omnia specialius determinantur ex mutua, inter dominum et vasallum, obligatione, quae, ex tabulis inuestiturae, et indole ipsius feudi, praecipue cognoscitur. Sic alia est obligatio in feudo ligio, alia in feudo franco.

§. IV. Dominus tenetur praestare feudum, de quo inuestiuit vasallum, eumque defendere. H. F. in fin. 36. §. *si facta*.

§. V. Vasallus obligatur vicissim ad fidelitatem, quo nomine reuerentia, et omne genus officiorum, quibus commodum domini promoueri, et damnum auerti

N potest,

potest, continetur<sup>1</sup>, Haec fidelitas est  
essentiale feudi<sup>2</sup>: et vasalli ipsi, ab ea,  
nomen fidelium habuere<sup>3</sup>.

- 1) POMERESCHII *characteres vasalli, domino de-  
vincti cultu, fide, seruitio.*
- 2) II. F. 6. et 7.
- 3) Fidelitas tamen illa differt a iuramento subiectio-  
nis, quo subditi domino territorii obstringuntur,  
quodque nomine homagii, in specie, designari so-  
let. Differt etiam a fidelitate, quam quis, ratione  
officii, Domino praestat. Discrimen hoc iam in-  
culcatur II. F. 5.

§. VI. Ex reuerentia, quae domino  
debetur, est, quod accusare dominum, aut  
deferre, minime licet vasallo<sup>1</sup>. Ut vero,  
in ius eum vocaturus, veniam ante impe-  
tret, id vsu non seruiatur<sup>2</sup>.

- 1) II. F. 24. cap. *item si delator: iung.* II. F. 33.  
c. *Similiter.*
- 2) HORNIVS XXV. 17.

§. VII. Testimonium, contra domi-  
num, dicere prohibetur, II. F. 33. nempe  
in caussa criminali, aut ciuili. In feudali  
caussa omnino licet, veluti quum, inter do-  
minum et vasallum, de feudo conten-  
tio est\*.

\* Conf. IAC. FRID. LVDOVICI Diss. *de testimo-  
nio vasalli, in caussa domini.*

DIRECTO, EI

§. VIII. No  
vasalli, vd\* STRYKIV  
ex II. F. 6.  
incolumitas pr  
Neque aliter  
debet, L. 1.  
hoc quodet,  
et vasallum.§. IX. Natu  
praestet vasall  
vel indeterm  
per tenore  
feudi qualitate  
sire acceperit,  
tinum?1) ANDR. TO  
2) Vole euerla  
pos diem.§. X. Quar  
am, primum  
um vasalli s  
equo merceri  
catae? aut Sc  
ipse seruit, vel  
domino?

§. VIII. Neque eo extenditur fidelitas vasalli, vt dominum inopem alat \*.

\* STRYKIVS cap. 18. qu. 35. argumentum ducit, ex II. F. 6. princ. vbi dicitur: *Vasallum dominum incolumen praestare debere, quoad corpus.* Sed illa incolumitas defensionem, non alimoniam, respicit. Neque altera ratio, quod libertus patronum alere debuit, L. 5. §. 18. ff. *de agnos. et al. liber.* huc quadrat, propter diuicitatam inter libertum, et vasallum.

§. IX. Naturale feudi est, vt seruitia praestet vasallus <sup>1</sup>. Seruitia autem sunt vel indeterminata, vel determinata siue, per tenorem inuestiturae, siue per ipsam feudi qualitatem: vt si quis feudum equestre acceperit, aut castrense, aut palatinum <sup>2</sup>.

1) ANDR. KOHLIUS Tr. *de seruitiis feudalibus.*

2) Vnde diuersa seruitiorum nomina, Manns Burgs Hofdienste.

§. X. Quandoquidem, propter militiam, primum placuerunt feuda; praecipuum vasalli seruitium semper habitum, equo merceri <sup>1</sup>, idque venit nomine Cavalcariae <sup>2</sup>, aut Scutagii <sup>3</sup>. Vasallus autem vel ipse seruit, vel alium substituit, acceptum domino <sup>4</sup>.

- 1) ANTONII BARRINI Tr. de *Caualcata*, et *vasallorum seruitiis*, pacis et belli tempore praestandis.
- 2) Ab hoc equestri seruitio, in Germania nomen habet das *Ritterpferd*, quasi dicas equum, quo vasallus domino seruitium praestat.
- 3) Vulgo *Escuage*, de quo late CRAGIUS p. 119.
- 4) Hanc seruitii rationem ita exprimit GVINHERVS in *Ligurino*, Lib. VIII v. 608.  
*Publica militiae vasallus munera iustae  
 Non renuat, dominique lubens in castra vocatus,  
 Aut eat, aut alium pro se submittat, iturum  
 Arbitrio domini, vel, quem laudauerit ille,  
 Compenset, redimatque sua mercede laborem.*

§. XI. Concessum quoque fuit, loco seruitii, partem fructuum feudi soluere: *Hostenditias* vocant<sup>1</sup>, (*Zahrt=Edung, Heer=Steuer.*) Modus ipse militiam redimendi pecunia, adaeratio seruitiorum equestrium dicitur<sup>2</sup>: seruiuntque, ad hunc finem, matriculae vasallorum, et seruitiorum, quae quisque debet, *die Ritter=Rollen*.

- 1) Illae II. F. 20, dicuntur *adintorium*, quod *vasalli faciunt dominis, in hostem pergentibus*. Vox ipsa deriuatur ab *Host*: quod exercitum, militiam, significat. Inde Gallicum *L'ayde de l'Ost*. Conf. 10. STRAVCHII *Diss. de Hostenditiis*.
- 2) 10, DAVID LVDICKE de *adaeratione seruitiorum equestrium*. 10. HERM. MEYER de *Caualcate vasalliticae aestimatione*.

§. XII.

DIRECTO, EI

§. XII. Ser  
 contra om  
 cipitur Imp  
 Si plures lig  
 saltus seruit  
 Si duos domi  
 com non tan  
 enocauerit: i  
 quorem?

1) II. F. 7.

2) II. F. 21. c.

3) SEVERVS

quidem, in

militatur

Sed vix conq

militiae insti

stipendarii h

§. XIII. Eu  
 vasalli debent  
 bar per edictu  
 prie Heriban

\* Vocabulum F  
 quam multu  
 exercitum n  
 in veteribus c

§. XIV. V  
 ritium erat?



§. XII. Seruire domino vasallus debet, contra omnes. In vniuersum tamen excipitur Imperator<sup>1</sup>, et dominus antiquior<sup>2</sup>. Si plures litigant de dominio directo, vasallus seruit illi, qui est in possessione. Si duos dominos habet, qui hostes inuicem non sunt, sequitur illum, qui prior euocauerit: si mutuo hostes sunt, antiquiorem<sup>3</sup>.

1) II. F. 7.

2) II. F. 28. c. vii.

3) BEYERVS cap. 8. th. 41. et sq. Affirmat ille quidem, in Praxi obtinere, vt. in hoc casu vtrique mittatur substitutus, vasallus ipse interim quiescat. Sed vix congruit illud temperamentum recentioris militiae institutis, diuersitatem seruitii feudalis et stipendiarii hodierni.

§. XIII. Euocari autem, ad seruitium, vasalli debent a domino: idque fieri solebat per edictum, quod Bannum, et proprie Heribannum\*, vocatum fuit.

\* Vocabulum Heribanni tam ipsum edictum significat, quam multam, edicto sancitam in illos, qui ad exercitium non venissent. Vnde frequens formula, in veteribus chartis, *Heribannum soluere*.

§. XIV. Vbi comparuissent, armistrum erat<sup>1</sup>, (Germ. *Heerschau*). Solebant

bant autem Domini, praeter militiam feudalem, etiam proprios subditos ad arma euocare. Interdum et stipendio milites conducti, qui solidarii nominati sunt<sup>2</sup>.

\* AHASV. FRITSCHIVS de iure Lustrationis et sequelae, inter Opuscula T. I. num. 10.

2) Vid. COMMENTAR. DE REBUS IMPER. sub Henrico V. Lib. III. §. 56. 57.

§. XV. Non vna consuetudine prisca haec militia stetit. Ad certum tantum tempus, (plerumque tres menses, aut 40 dies tantum<sup>\*</sup>;) militare tenebantur vasalli. Saepius quoque cautum, ne extra territorium ducerentur.

\* MATTHAEVS PARIS ad an. 1226. de Reg<sup>e</sup> Ludouico VIII. Venit ad eum Henricus, Comes Campanensis, cum iam quadraginta dies in obsidione peragisset, petens, de consuetudine Gallicana, licentiam ad propria redeundi.

§. XVI. Ratione sumtus, vltimatissimum fuit, vt, suis impensis, vasallus praestaret seruitium, si dominus, intra patriam, id exigeret; domini, si extra illam<sup>\*</sup>.

\* Conf. RVDINGERVS, in Controuersis Iuris feudalis, P. I. cap. 50. Cuius sumtibus vasalli domino seruitia praestant?

§. XVII. Sed quae, de militari seruitio, disputari solent, rarius hodie locum habent. Nam ipsum belli suscipiendi ius valde limitatum<sup>1</sup>, et in Imperio praecipue, ex quo Pax publica constituta fuit. Ratio quoque gerendi belli prorsus immutata, postquam miles stipendiarius, et perpetuus, legi coepit, armorumque et praeliorum, et obsidionum, ea facies exorta est, vt seruitium illud feudale prorsus inutile foret.<sup>2</sup>

- 1) De feudis Galliae, SALVAGNIUS P. I. cap. II. de l'usage des fiefs, p. 101. scribit: Mais aujourd'hui c'est au Roi seul, à qui le service militaire est dû. C'est lui seul, qui peut déclarer et faire la guerre, dont le droit ne descend point du Trône. Aujourd'hui les Vassaux ne marchent plus en guerre, sous leurs seigneurs des fiefs, qui n'ont aucun pouvoir sur eux, au fait de la guerre, mais sous la conduite de ceux, qui commandent les Armées Royales. L'Arrièreban, qui est la seule marque de cette ancienne obligation des fiefs, se publie de l'Ordonnance des Ballifs, et des Senechaux Roiaux, ou des Gouverneurs des Provinces. Ce qui rend inutiles parmi nous tant de questions, qui sont traitées par les Feudistes, touchant le service militaire, que le Vassal devoit autrefois à son Seigneur.

- 2) Attingit hanc diuersitatem Dn. DAV. GEORG. STRYBE in Observatione, von dem Unterschied

zwischen den ehemaligen ritterlichen Lehndiensten,  
und heutigen Reuterdiensten.

§. XVIII. Fuit etiam species seruitii, in Curia, siue Placito<sup>1</sup>, domini. Varia quippe munera obeunda erant vasallis, in solemni eiusmodi conuentu, secundum instituta Curiae Parium, aduocatum domini agere, suffragia procerum colligere, sententiam Curiae pronuntiare<sup>2</sup>. Quae et ipsa dudum, vna cum aliis priscae Curiae institutis, in desuetudinem iuere<sup>3</sup>.

1) Id vocant *sequi et iuuare dominum de placito*. Vid. SALVAGNIUS P. I. cap. 12.

2) IVS FEVD. SAXON. cap. IV. *Vasallus etiam tenetur domino suo seruire in hoc, quod sibi SENTENTIAS INVENIAT in iure feudali, ante meridiem, et extra dies festos, et tempus feriatum. Plura eius generis munera vid. in Diss. de Paribus Curiae, §. 14. et 18.*

3) Ipse SALVAGNIUS l. c. p. 110. *Aujourd' hui les Pairs des Cours n' assistent plus au Plaits du Seigneur, pour juger les questions feudales, comme ils faisoient du tems de nos Ancêtres; de sorte que la clause du service des Plaits ne se met plus dans les Actes d' homme, non plus que celle du service militaire.*

§. XIX. Honoraria<sup>1</sup> seruitia erant, quum vasalli, ad ornanda sollempnia, reuocarentur: publicos introitus, exsequias, aut si filiam

DIRECTO, EN

filiam elocaret  
militari ornare  
runt domini,  
tu, quo cultu  
vasalli compar  
seruitii genus  
aulici mores,  
et iudiciorum in  
doerint.

1) Exempla quae  
Principes Germani  
notant §. 1. et XVI.  
in Ament. de  
vitiis vasallorum  
falsa.

2) D. C. §. 1. et  
lerum, in Europ.  
num. 9.

§. XX. Alii  
feudum dato,  
Pincernae, Ver

§. XXI. Su  
aliquam deter  
inuestitura, v  
tunc, aut annu  
domino praest

filiam elocaret dominus, filiumue cingulo militari ornaret. In more etiam habuerunt domini, indicare simul, quo comitatu, quo cultu, et colore adeo vestium, vasalli comparerent<sup>2</sup>. Sed hoc quoque seruitii genus iam rarius usurpatur, cum aulici mores, non minus quam militiae, et iudiciorum instituta, aliam speciem induerint.

- 1) Exempla quaedam eiusmodi seruitiorum, quae Principes Germanici, a vasallis suis, exegerunt, notauit STRVVIVS in *Iurisprud. Feud.* cap. XI. §. 1. et XVI. 15. Plura etiam collegit BVDERVS in *Amoenit. Iuris Feudalis*, n. 23. ubi agit de seruitiis vasallorum zu Ehrenzügen, zu Ehrengesällen.
- 2) D. G. STRVBEN Observatio, de vestitu vasallorum, in *Parergis Goettingensibus*, T. 1. Lib. III. num. 9.

§. XX. Alia seruitia, ex officio in feudum dato, oriuntur; vti Mareschalli, Pincernae, Venatoris, et similia.

§. XXI. Sunt etiam, quae specialem aliquam determinationem habent, ex ipsa inuestitura, veluti si vasallus ad hospitium, aut annonam siue sumtum, transeuntidomino praestandum, obligatur<sup>1</sup>: quod

Albergaria <sup>2</sup>, Corredum <sup>3</sup>, Procuratio <sup>4</sup>, dicitur.

- 1) Seruitia eius generis, per Italiam quondam praestari solita, exposui supr. cap. 6. §. 30.
- 2) Germ. *Uhgung*, Gallic. *le Droit de Gîte*.
- 3) ERHARDVS SPIZ de *Corredo*.
- 4) Vnde feudum procurationis, *fief de païsse*. De quo SALVAGNIVS P. II. p. 124.

§. XXII. Aut vbi vadimonium, pro domino, suscipiunt: quod est in hostagium se dare <sup>1</sup>, plegium se facere <sup>2</sup>. In Germania, medio aeuo, vsitata fuit formula obligandi se mit *Bürgen*, und *deren Leistung* <sup>3</sup>.

- 1) Ita in conuentione, inter Henricum, Ducem Brabantiae, et Comitem Ludouicum de Los, apud BVTRENS, *Brewes*, p. 58. *Ut haec, quae praenotata sunt, in posterum rata, et inconvulsa permanent, Comes decem de hominibus suis subnotatis, cum feudis suis, Duci in HOSTAGIVM dedie, ut si forte ipse, vel heredes eius, ista infringere attentaerint, ipsi tam diu Duci contra Comitem, vel heredes ipsius seruiant, donec eum ad satisfactionem reduxerint. Similiter Dux Comiti decem de suis hominibus in HOSTAGIVM dedit.*
- 2) Inde feudum Plegii, de quo supr. cap. 1. §. 44. SALVAGNIVS P. II. cap. 73. *interibit, des siefs, de Plejure.*
- 3) Hac se formula Craft a Hohenlohe obligauit Abbati Fuldensi, in vetere charta de an. 1345. apud

DIRECTO. EIVS

apud IURICI  
P. 1856.§. XXIII. N  
omnia huius  
quum adeo ad  
praestaciones,  
itum sit \*.\* IMMANUEL T  
viciis feudorum, la§. XXIV. Q  
directi, in feudis  
pra obseruam  
quod Imperator  
rium ipsum re  
ille, et mutua ob  
ter ex iure feu  
potest. Verum si  
ciendum est ad  
vantiam, quibus  
nititur:.

1) Cap. 7. §.

2) Conf. MÖSE  
fies und des N  
und gegen die§. XXV. Se  
niquicus cum

DIRECTO, EIVSQUE EFFECTIBVS. 203

apud LVNIGIVM in Corp. Iur. Feudal. T. II.  
p. 1836.

§. XXIII. Non fuerit operae pretium,  
omnia huius generis seruitia enarrare;  
quum adeo ad minutas, immo ludicras,  
praestationes, pro feudi recognitione,  
sufficit. *item sic \**

\* IMMANVEL VVEBER, de inuestituris, et ser-  
uitiis feudorum, ludicris.

§. XXIV. Quod ad indolem domini  
directi, in feudis Imperii, attinet, iam su-  
pra obseruatnm, iuramentum fidelitatis,  
quod Imperatori praestatur, etiam Impe-  
rium ipsum respicere <sup>1</sup>. Nexus autem  
ille, et mutua obligatio, iam non simplici-  
ter ex Iure feudali communi aestimari  
potest. Verum simul, et praecipue, respi-  
ciendum est ad leges, pactaque, et obser-  
uantiam, quibus praesens Imperii status  
nititur <sup>2</sup>.

1) Cap. 7. §.

2) Conf. MOSERVS T. IV. cap. 6. von des Kais-  
fers und des Reichs Rechten und Pflichten, über  
und gegen die Reichs-Lehn, und Lehens-Leute.

§. XXV. Seruitia in feudis Imperii,  
antiquitus cum maxime vigerunt. Et  
mili-

militarium quidem species celebratissima, quae, ad expeditionem Romanam, praestari solebant. Eorum causa confecta fuit sub Carolo V. in Comitibus Wormatiensibus matricula, quae adhuc pro fundamento est\*.

\* Quae vero, de solempni Imperii bello decernendo, gerendoque, legibus statuta sunt, ea commodius alibi, ex disciplina Iuris Publici, explicantur.

§. XXVI. Sunt, qui pecuniam, quam Status Imperii, interdum in publicos usus conferre solent, ad seruitium feudale referant\*. Verum eiusmodi collationes non tantum, ex feudali obligatione, fluunt, sed decernuntur in Comitibus: neque tantum a vasallis Imperii, sed omnibus in genere Statibus, fiunt.

\* *ITTERVS* cap. 21. §. 2. *Vnde Imperiales collectiones, quae ab Imperii vasallis pensantur, eodem iure, quo pecuniam a vasallis, loco militarium seruitiorum, olim praestari solitam, feudalibus hodie seruitiis, oneribusque accerseri posse, crediderim.*

§. XXVII. Haud minus vsitatum olim seruitium, in Curia Imperiali, fuit, in patrandis officiis aulicis, in habendis iudiciis,

et

DIRECTO, EIVS

et investituris (Curia solebat

1) Itaque, per  
est magnus  
omnem, venie  
Bohemiae refer  
1212. et solle  
est Norbergis,  
de Regno Bohemia  
men suspecta est  
Contra hoc p  
in Durlach, p.  
lens Rex, tanquam  
cepit, et in Ro  
te, in Curia sol  
ti, perage:  
12, n. 20, p. 1

2) Eiusmodi min  
quens mentio in  
tudo III. in dip  
bari Cotacense,  
per manus Har  
QUM AD H  
AD VOCAT  
MENT. de  
Lib. 1. §. 2.

§. XXVIII.

nitratio, in p  
in bello, ad a  
superfuit tamen  
quae, in funct



et inuestituris solemnibus, quae peragi in Curia solebant<sup>2</sup>.

1) Iraque, per modum privilegii, interdum indultum est magnis Principibus, ne ad curiam, vel certe non omnem, venire teneantur. Inter privilegia Regum Bohemiae refertur Diploma Imp. Friderici II. de an. 1212. ne adesse in Curia teneantur, nisi Bambergae, aut Noribergae, celebretur: apud GOLDASTVM de Regno Bohemiae, in Appendice p. 27. (ubi tamen suspecta est temporis nota, in subscriptione.) Confirmavit hoc privilegium Carolus IV. IBIDEM in Beptlagen, p. 210. Aliud privilegium Wenceslaus Rex, tanquam Pincetna Imperii ab Alberto I. accepit, ut in Regum Bohemiae arbitrio sit, velintne, in Curia solemniter, officium coronati, an plicari, peragere: apud GOLDASTVM, in App. altera, n. 20. p. 195.

2) Eiusmodi munerum, in Curia peractorum, frequens mentio in diplomatibus Imperatorum. Conradus III. in diplomate Francofurti, Vivaldo, Abbati Corbeienfi, dato: *de nostro, atque regni iure per manum Herimanni, Palatini Comitiss de Rheno, QVEM AD HOC RITE ASSVMSERAMVS ADVOCATVM, transegimus.* Conf. COMMENT. de REEVS IMPERII sub Conrado III. Lib. 5. §. 27.

§. XXVIII. Verum publicae rei administratio, in paca haud minus, quam in bello, ad aliam formam redacta est. Superfunt tantum Palatini seruitii reliquiae, in functionibus Archiefficialium Impe-

Imperii, et Officiis Aulicis hereditariis.

§. XXIX. Non minus, in feudis provincialibus, diuersae sunt de seruitiis conventiones, priuilegia, consuetudines, etiam vbi ipsum militare seruitium iam non amplius locum habet\*.

\* Conf. 10. GEORG. CRAMERI Progr. de iure Principum ac Procerum Germaniae seruitia aulica a vassallis nobilibus exigendi. §. 8.

§. XXX. Varias dantur causas excusandi se a praestando seruitio<sup>1</sup>, inprimis militari, tam intuitu domini poscentis, quam a parte ipsius vassalli. Ad prius genus referunt, si dominus bellum manifeste iniustum intulerit, arg. II. F. 28.<sup>2</sup> Quae quidem excusatio cessabit in territoriis, vbi vassalli simul sunt subditi, penes quos non est iudicium de actionibus domini.

1) HENR. HILDEBRAND de denegatione seruitiorum feudalisum.

2) Ita Henrico IV. expeditionem aduersus Saxones paranti, Duces Bauariae, Sueciae, Carinthiae, negabant, se aduersus innocuos ciues arma laturos. De quo in COMMENTARIIS DE REBUS IMPER. sub Henrico IV, L. I. §. 21. p. 184.

§. XXXI.

DIRECTO, EI

§. XXXI.  
duo domini  
ter sit in po  
peus a domi  
primis valui,

§. XXXII.  
dita est excu  
premi: aut d  
riori\*.

\* Genitum bar  
THALVS, c  
mis fuit, rati  
bello Imperii;  
mino, reserui  
mones sine, p  
supremo domi  
ritatum, loco  
notatum est in  
possessione. Vi  
LVIII. Cap

§. XXXIII.  
immunis est v  
praestare debe

§. XXXIV.  
tertis in casibus,  
habitu charita

§. XXXI. Aliae excusandi caussae, si duo domini de feudo contendant, et neuter sit in possessione: Si dominus proscriptus a domino superiore, et, quae olim in primis valuit, si excommunicatus.

§. XXXII. A parte vasalli, saepius audita est excusatio, ipsum graui necessitate premi: aut domino iam seruire superiori\*.

\* Generatim hanc quaestionem discepat ROSENTHALIVS, cap. 8. conel. 10. et sq. Nota imprimis fuit, ratione Nobilitatis immediatae, verum in bello Imperii, equites, qui feuda habent ab alio domino, teneantur illi seruitium praestare, an vero immunes sint, propterea quod Imperatori, tanquam supremo domino, seruiant, aut certe subsidium charitativum, loco seruitiorum, praebent? Sed pronuntiatum est in Consilio Aulico pro Nobilitate, in possessio. Vid. acta quaedam huc spectantia in LVNIGII Corp. Iur. Feud. T. 1. p. 1259. et 1591.

§. XXXIII. A collectis, regulariter immunitus est vasallus, propter ipsa, quae praestare debet, seruitia.

§. XXXIV. Introductum tamen, ut, certis in casibus, donatiua offerantur, quae subsidii charitatiui nomine veniunt, Quale

Quale etiam Imperatori subinde soluitur,  
a Nobilitate immediata <sup>2</sup>.

- 2) BARTHOLOMAEI BELLENCINI liber *de  
charitativo subsidio* extat in TRACTAT. TRA-  
CTATVVM, T. XV. P. II. 147. Item RE-  
MIGII de CONNY Liber eiusdem argumenti,  
Ibid. f. 169.
- 2) Vid. PRINCIP. IUR. PVBLICI, Lib. VII.  
cap. 1. §. 42.

§. XXXV. Hanc collationem non-  
nulli Adoham <sup>1</sup> appellare solent. Verum  
id vocabulum proprium est feudis regni  
Neapolitani <sup>2</sup>, vbi quantitas eius, et  
quando debeatur, propriis legibus, defi-  
nita sunt <sup>3</sup>.

- 1) HENR. COCCII Diss. *de Adoha*.
- 2) ANDR. CAPANVS *de Iure Adohae*. Neap.  
1636. f.
- 3) IAC. de ABELLO in Tract. *de Iure Adohae*;  
num. 9-66.

§. XXXVI. Casus autem, in quibus  
vasalli teneantur, pecuniam conferre do-  
mino, a consuetudine fere pendent. Vsi-  
tatum maxime quondam fuit, vt dominus  
subsidium eiusmodi exigeret, quum filiam  
elocaret <sup>\*</sup>.

- \*) ZASIVS *de feudis* P. 7. n. 30. et seq. et alii,  
quos refert ROSENTHALIVS, cap. 5.  
concl.

§. XXXVI  
intignis con  
tam proficisc  
bello. Quic  
IMPERIALE  
tudines eni  
di debent vlt  
obtinere. Pa  
in ipsis regio  
maxime vigu

1) In feudis Rom  
calus nominat  
cas de Chivaler  
de sa filia;  
d'ourenne; le  
les cas Imperia  
re Imperii ob  
similes hanc ca  
et 198.

2) In Anglia,  
abrogantur  
de marier,

concl. 78. Conf. AHASV. FRITSCHIVS in Tr.  
de Dotatione filiae Principis, et in specie de Collectis  
maritaggi, cap. 7.

§. XXXVII. Item, quum filio militaria  
insignia conferret, aut si in terram san-  
ctam proficisceretur, aut captus esset in  
bello. Qui casus, in feudis Burgundiae,  
IMPERIALES vocati fuere <sup>1</sup>. Sed consue-  
tudines eiusmodi singulares non exten-  
di debent vltra limites Curiae, in qua  
obtinuere. Partim etiam abrogatae sunt,  
in ipsis regionibus, in quibus olim quam  
maxime viguerunt <sup>2</sup>.

1) In feudis Burgundicis in specie, quinque eiusmodi  
casus nominat SALVAGNIVS, P. I. c. 49. *Le*  
*cas de Chevalerie à son fils aîné: le cas de mariage*  
*de sa fille: le cas de Rançon: le cas de voyage*  
*d'outremer: le cas de acquisition de terre.* Vocantur  
*les cas Imperiaux*, quod Burgundiae regnum in iu-  
re Imperii olim fuit. In feudis quoque Galliae,  
similes fere casus notavit BRUSSELIUS p. 414.  
et 898.

2) In Anglia, quum regnante Carolo II. feudalia  
abrogarentur, nominatim sublata sunt: *Aide pour*  
*filz marrier, and pour faier filz Chevalier.*



\*\*\*\*\*

## CAP. XII.

DE DOMINIO FEVDALI  
VTILI, EIVSQUE  
EFFECTIBVS.*Effectus domini vtilis. 1.**In specie in feudis Imperii. 2.**Quos contractus de feudo inire liceat? Vassallus locare fe-  
dum potest: 3. et vsumfructum in eo constitui-  
re. 4.**De feudo dotali. 5.**Vassallus rem feudalem subinf feudare potest. 6. An in em-  
phyteusim dare? 7.**Agere ex causa feudi potest vassallus. 8.**Item compromittere, et transigere. 9.**Seruitutem vtrum feudo imponere possit? 10. 11.**Vassallo refutare feudum licet. 12.**Limitatum vassalli ius in feudo alienando. 13. Requiritur  
consensus Domini. 14.**Quando feudum alienari libere queat? 15 et 16.**Agnatorum consensus quando requiratur? 18. 19.**Quando testari de feudo liceat? 20.**An dominus alienare possit dominium directum? 21.**De oppignoratione feudi. 22. De domini consensu: 23.  
eiusque effectu 24.**In feudis Imperii, quae facultas alienandi? 25. Itemque  
oppignorandi? 26.**De iure protimiseos, quod domino, et agnatis com-  
petit. 27.**De retractu, qui ex iure Protimiseos oritur: 28. Gentili-  
tio, et feudali. 29. et seq.*

De

VTILI, EIV

De retractu, ex del  
De actione reuocato  
Quid in alienatio  
De retractu ex pro  
diana in loqDominium  
tere dixit  
in iure libere v  
disponenti etia  
tio est a parte§. II. In fe  
nii vtilis, eade  
supra, de dom  
Attendi insup  
rum, et cum l  
sunt Status Im  
inter immediat  
nexu feudali,1) De effectibus  
Imperii in  
cap 7. Non  
und Pächter  
seine Reichs2) 10. CHR I  
Status Imperii,

VTILI, EIVSQVE EFFECTIBVS. 211

*De retractu, ex delata successione in specie. 31. 32.*

*De actione reuocatoria 33.*

*Quid in alienatione necessaria obtineat? 34.*

*De retractu ex priuilegio: 35. In specie Nobilitatis immediae in Imperio. 36.*

§. I.

**D**ominium utile, quod vasallo competere diximus, praecipue se exferit in iure libere vtendi fruendique feudo, et disponenti etiam de illo, nisi qua limitatio est a parte domini, vel agnatorum.

§. II. In feudis Imperii, ratione domini utiliter, eadem obseruanda cautela, quam supra, de dominio directo, commendauimus. Attendi insuper debet conditio vasallorum, et cum Imperio nexus. Alii simul sunt Status Imperii, aut habentur saltem inter immediata eius membra. Alii, solo nexu feudali, Imperio obstricti sunt.

1) De effectibus domini utiliter, intuitu, vasallorum Imperii in specie, commentatus est MOSERVS cap. 7. Von eines Reichs: Lehenmannes Rechten, und Pflichten, gegen seinen Lehnsherrn und über seine Reichs: Lehn.

2) IO. CHRIST. SCROETER, de vasallo non Statu Imperii.

§. III. Iam facile iudicatu est, quos contractus, de feudo, inire vasallo liceat. Locare certe feudum potest, itemque vsumfructum, et in specie dotalitium, in eo, constituere.

§. IV. Sic et femina feudum marito in dotem afferre potest<sup>1</sup>, quia tum proprie non alienat. Manet enim dos in proprietate vxoris<sup>2</sup>, et post mortem ipsius, feudum eiusmodi ad liberos, aut ad Dominum, recidit<sup>3</sup>.

1) Conf. PAULI CHRISTOPH. SCHROEDERI Diss. de feudo ab vxore marito in dotem dato.

2) Itaque commendant hic cautelam, ne femina feudum aestimato det, neque apponat pactum de lucranda dote, quia, utroque in casu, incidet in speciem alienationis.

3) II. F. 13. Titius a Sempronio talem inuestituram accepit feudi, ut haberet ipse, et heredes sui legitimi, masculi: et iis omnibus deficientibus, femina. Porro Titius, superstitie tantum filia, decessit. Ipsa a domino inuestita fuit, et feudum in dotem dedit, maritoque superstitie, sine liberis, decessit. Quaerebatur, si ad maritum successio feudi pertineat? Responsum est, non pertinere.

§. V. Potest vasallus rem feudalem alteri in subfeudum concedere<sup>1</sup>, scilicet, quamdiu ipse, et heredes eius, vixerint<sup>2</sup>.

1) Supr.

2) Sunt, qui etiam feudum hinc (separatim) et dominus, (quod et ipse facere, si tantum est, vel feudum alio feudo datus) omnia feudi alio esse, quod ille parat, non amittit et feudum recipit et de antiqua rat, antequam nationem probat

§. VI. In re tant subinfeudum vero feudum, et teri Domino ob vasallo immediato consensu Imperatoris et Imperatoris visum quoque, et servatum.

1) ITERUM

2) An vasallis in nam eligere, Confil. 12. Iudicium, quod ab illo I. Stortia



- 1) Supr. cap. 6. et 5.
- 2) Sunt, qui subsistere subinfeudationem censeant, et tiam feudo ad dominum deuoluto: et videtur fauere huic sententiae, textus II. F. 9. *Si autem, dissentiente domino, vendebat, siue per feudum inuestiebat (quod, et ipsum sincere hodie, et sine fraude, licet ei facere,) si tamen sine herede masculino descendente decebat, vel feudum in manus domini resutabat, aut alia forte ratione intercedente culpa amittebat: tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur: eo excepto, quod ille, qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si priori domino seruire, et ab eo feudum recognoscere volebat. Sed agitur hoc loco de antiqua consuetudine, quae passim obtinebat, antequam Imp. Lotharius omnem feudi alienationem prohibuisset.*

§. VI. In feudis Imperii, plurima exant subinfeudationis exempla <sup>1</sup>. Si quis vero feudum, quod ab Imperio tenet, alteri Domino offerre velit <sup>2</sup>, atque sic, ex vasallo immediato, mediatum se facere, consensu Imperatoris opus est <sup>3</sup>. Quod vsu quoque, iam inde ab aeuo Caroli IV. seruatum <sup>4</sup>.

1) I T T E R V S cap. 22. §. 8.

2) An vasallis Imperii fas sit alium sibi Prodominum eligere, disquirat IAC. MENOCHIVS Consil. 32. Io. Bartholomaeus de Catetto feudum, quod ab Imperio tenebat, obrulerat Francisco I. Sfortiae, Duci Mediolani. Quod illi,

inconsulto Caesare, non licuisse, respondit MENO-  
CHIVS l. c. n. 6. et sq.

3) MOSERVS T. IV. cap. 7. §. 40.

4) Ita Henricus, et Guntherus, Comites Schvvarzbur-  
gici, an. 1361. loca quaedam, quae ab Imperio in  
feudum tenebant, a Carolo IV. tanquam Bohemiae  
Rege, recipiebant. Ipse autem spondebat, eadem  
se feuda sulceptum ab Imperio. Vid. tabulas inue-  
stiturae in LVNIGII Corp. Iur. Feudal. T. III.  
p. 211. et sq.

§. VII. Non aequè rem feudalem in  
emphyteusindare potest, quum, per eam,  
plus domini concedatur, quam per infeu-  
dationem. Certe non durabit emphyteusis  
eiusmodi ultra vitam vasalli, et heredum  
eius\*.

\* EEVERVS cap. 8.

§. VIII. Agere ex causa feudi, in iu-  
dicio, potest vasallus, et defendere<sup>1</sup>. In  
feudo vindicando a tertio, praefertur  
etiam domino<sup>2</sup>.

1) II. F. 43. Si controuersia, inter vasallum et alium,  
de beneficio fuerit, aduersario proprietatem totius, vel  
partem, vel aliud aliquod ius sibi vindicante, causa  
per vasallum, etiam domino absente, quasi propria, ad  
finem perducat. Ipse enim solus utiliter agendi et  
excipiendi habet potestatem, et si pro, eo, aut con-  
tra eum, iudicatum fuerit, vel cum aduersario  
transegerit; dummodo fraudulenter actum non  
sit

si, etiam p  
et si es cau  
eo ractum  
2) DARPA

§. IX. C  
rit: et tran

1) II. Feud. l. 1  
arbitram, etc  
XIV de Arb

2) II. F. 26. 1  
vasallus de ben  
donat, fun  
etiam tempore  
transgere res  
necesse fe  
potebat vas  
Interpres h  
flumque,  
citam esse, q  
quae vero ad  
lenia domini  
ciem habet  
Sed reuoc  
In Curia  
Imperatoris  
cap. 7. l. 2

§. X. S  
poteft vasallu  
centiam tam  
que remitter

fit, etiamsi post beneficium domino aperiat, tale erit, ac si eo causam agente iudicatum fuisset: et ideo ab eo ratum haberi oportet.

2) DARTAEVS Praeind. Feudal. 16.

§. IX. Compromittere quoque poterit: et transigere<sup>a</sup>.

1) II. Feud. 15. verb. *vel apud agnati iudicem, vel arbitrum, utriusque consensu electum.* SAM. STRYKIVS de Arbitro Feudali.

2) II. F. 26. c. *Si vassallus de feodo beneficio 21. Si vassallus de beneficio suo agat, vel conveniatur, siue vincat, siue non, (licet ignorante domino fiat) omni tempore firmum erit illud iudicium. Nam et transigere recte poterit. Nec quod accepit transactionis nomine feudum erit.* GÖTTER BARTHIVS de potestate vassallorum litigandi, nec non transigendi. Interpretes feudorum hic solent uti distinctione, statuuntque, illam solam transactionem vassallo licitam esse, quae tendit ad conservationem feudi; quae vero ad eius amissionem vergit, absque consensu domini et agnatorum haud valere, quia speciem habet alienationis, vassallo non permittitae. Sed reuertit eam MOLLERVS cep. 19. Dist. 8. In Curia tamen Imperiali requiri, ut consensus imperatoris petatur, obseruat MOSERVS P. IV. cap. 7. §. 29. et 19.

§. X. Seruitutem feudo acquirere potest vassallus, non imponere. Per sententiam tamen adiudicata subsistit. Neque remittere competentem potest, sine

consensu domini, nisi quamdiu ipse, et heredes, vixerint.

§. XI. Alias cessabit seruitus, vbi feudum ad dominum reuertitur<sup>1</sup>. Quod tamen limitant ad casum, quo feudum redit titulo dominii, non si forte iure protimiseos, aut retractus<sup>2</sup>.

1) Arg. II. F. 8.

2) HORNIVS cap. 10. §. 5.

§. XII. Ad iura vasalli, referunt denique ipsam facultatem, feudum libere domino resignandi. Resutationem feudi vocant. Fit autem illa domino vel simpliciter, vel in fauorem successoris, aut etiam extranei\*. Quae infra pluribus prosequemur.

\* Ita Ulrica Eleonora, Regina Sueciae, Ducatum Bremensem, et Verdensem, in pace, Holmiae an. 1719. conclusa, cessit Georgio I. Regi Magnae Britanniae, vt Electori Brunsvicensi et Lunenburgensi, de quo vid. MOSERVUS P. III. cap. 3. §. 50. et Reichs Fama, P. XIII. p. 599. et sq. In Iphis tabulis Pacis, fit mentio resutationis feudi: *Ihro Königl. Maj. von Schweden für Sich und Dero obmirbeschriebene resutiren annehst hiermit, und Kraft dieses, die Iura feudi, so sie und ihre Vorfahren wegen der Herzogthümer Bremen und Vehrden*  
1793

ronden  
siden Reich  
haben, u  
de Lehn  
Groß, Br  
bene. Lin  
quam Regi  
tza, celi  
1. 51

§. XIII. L  
pue est in ali  
omnem aliena  
rius lege prot  
tutione, Fride  
que iuri feudi

1) II. F. 52.

2) II. F. 51. n  
Repetitio Legi  
natione, per F  
col. 1599. v.

§. XIV. L  
alienare feud  
domini: et

1) In Savonia  
praescribitur  
gii I in co  
Daß alle un  
von Uns zu  
und dergleic  
schen, oder so

von denen Römischen Kaisern und dem Römischen Reich erlangt, und bis dahin gehabt haben, und übertragen, so viel an Ihro, solche Lehnbarkeit an Ihro Königl. Maj. von Groß-Britannien, und Dero obmitbeschrübene. Literas eiusdem Reginae ad Imperatorem, quum Regi Prussiae urbem Sedinum, cum vicino tractu, cecisset, exhibet IDEM P. IV. cap. 7. §. 53.

§. XIII. Limitatum vasalli ius praecipue est in alienando feudo. Quippe omnem alienationem feudi Imp. Lotharius lege prohibuit<sup>1</sup>, quam, noua constitutione, Fridericus I. confirmauit<sup>2</sup>. Vtraque iuri feudorum inserta est.

1) II. F. 52.

2) II. F. 55. BARTHOLOMAEI CAMERARII Repeticio Legis Imperialem, de prohibita feudi alienatione, per Federicum: recusa in Germania, Francof. 1599. 8.

§. XIV. Itaque vasallus regulariter alienare feudum non potest, sine consensu domini<sup>1</sup>: etiamsi fuerit hereditarium<sup>2</sup>.

1) In Saxonia, quid hic obseruandum vasallo, praescribitur in mandato Elect. Iohannis Georgii I. in COD. AVGVSTEO, T. I. pag. 1959. Daß alle und jede unsere Lehn-Leute, so die von Uns zu Lehn tragende Ritter-Mannlehn, und dergleichen Güter zu verkaufen, zu vertauschen, oder sonst zu veräußern gemeint, *re ad huc*

*huc integra* vor endlichen Schluß und Uebergabe des verkauften, vertauschten, oder sonst veräußerten Gutes, auch vor Auszahlung und Empfangung der Kauf-Gelder, vor allen Dingen, bey Uns, oder unsers Rärben und Lanzley sich anmelden, die Personen, mit der einer oder der andere zu contrahiren gesonnen, nahmhaftig machen, und unsers Bescheids, ob Uns dieselbe zum Lehnmanne annehmlich, oder nicht, erwarten, im Gegentheile auch die Käufer, und andere, so durch Tausch, oder andere zuläßige *Contractus*, dergleichen Güter an sich zu bringen bedacht, vor unserer Erklärung und Ratification des Kaufs, Tausches, oder andern *Contracts*, sich keiner Occupation, Bestellung, noch Nießung des Gutes anmaßen sollen.

2) Conf. MOSERVS P. IV. cap. 7. §. 9.

§. XV. Nisi alienatio fiat in personam, in prima inuestitura comprehensam, aut priuilegio concessa sit libera alienatio.

§. XVI. In quibusdam etiam regionibus, viget consuetudo<sup>1</sup>, vt libere de feudo vasalli disponunt<sup>2</sup>.

1) Veluti de feudis Brabantiae testatur CHRISTIANAEVS, in *Iurisprud. Heroica*, ad AIT. IV. §. 9. pag. 163.

2) Feudi alionabilis mentio facta est supra c. 3. §. 30.

§. XVII. In Lusatia superiori, ex priuilegio Ferdinandi I. vasallus, cui nulli sunt liberi,

VITIL. EIV  
liberi, gaud  
adhuc est  
matus conle  
Principis ex  
der *Vertritt*

\* Conf. 1703  
Ditt. 22. alie  
Act. II. §. 3

§. XVIII.  
etiam, in feudo  
veliti, in alie

§. XIX.  
atque renun  
sam, Verun  
etiam general

1) HORNIVS

2) Modo facta  
contentus po  
sum, sub

§. XX. C  
nere de feu  
expositum  
legato, quod  
Iureconsulto  
ab herede sol

liberi, gaudet facultate alienandi, si eo adhuc est corporis vigore, vt equum armatus conscendere, atque sic praefecto Principis exhibere se possit; quod vocatur *der Bortritt* \*.

\* Conf. *WOLFG. ADOLPHI de LEIBNITZ* Diss. de alienatione feudorum *Lusatiae superioris*, Sect. II. §. 3. et seq.

§. XVIII. Praeter dominum, agnati etiam, in feudo antiquo, et simultanee investiti, in alienationem consentire debent.

§. XIX. Vulgo requirunt consensum, atque renunciationem, specificè expressam. Verum, iure feudorum, consensus etiam generalis sufficit<sup>1</sup>: imo et tacitus<sup>2</sup>.

1) *HORNIVS* cap. 20. §. 14.

2) Modo facta ita comparata sunt, vt tuto inde elici consensus possit: e g. si agnati, rite rogati consensus, subscribere contractum, quo feudum alienatur.

§. XX. Quousque, testamento, dispo- nere de feudo vasallus queat, iam supra expositum<sup>1</sup>. Quid autem obtineat, feudo legato, quod legari non poterat, mira est Iureconsultorum dissensio. Alii pretium ab herede soluendum statuunt<sup>2</sup>, alii nihil actum

actum intelligi malunt<sup>3</sup>, nullumque esse eiusmodi legatum, adeoque nec aestimationem deberi.

1) Cap. 10. §. 36. et sq.

2) B. G. STRVVIVE cap. 14. §. 18.

3) HERM. VVLTEIVS *Feud.* Lib. I. cap. 9. n. 150. et seq.

§. XXI. Quaeri hac occasione solet, an dominus, absque consensu vasalli, dominium directum alienare possit? Id quidem, disertis verbis, in Constitutione Frederici, prohibetur<sup>1</sup>. Sed varias limitationes afferunt interpretes, si adsit casus necessitatis; vel integrum territorium, aut districtus, alienetur; vel vasallus singulare incommodum probare nequeat; vel simul subditus sit<sup>2</sup>. Atque ita frequentissima sunt exempla alienati dominii directi, absque consensu vasallorum<sup>3</sup>.

1) II. F. 55. *nec dominus feudum, sine voluntate vasalli, ad alium transferat.*

2) MOLLERVS cap. 19. dist. 16

3) Notabilis inprimis dispositio. in Pace Viennensi, de an. 1738. Art. 8. quo Imperator feuda Langaeum Regi Sardiniae, tanquam subfeuda Imperii, concessit.

VTILLI, EI  
§. XXII.  
dem, haud  
sus dominus  
inuestitorum  
haber domin  
nis, huius qu  
debet.

§. XXIII.  
dare ad certum  
vatio illius pe  
vbitali nomen  
enim eiusmodi  
non extendit  
mum datus, e  
fit creditor in

§. XXIV.  
dominus<sup>1</sup>, et  
cacia, diuersi  
peruantia<sup>2</sup>.

1) In Saxonia  
perit in aes  
fudo, ex  
sentia vero vi  
paratum est

2) Ita in Curia  
tantum feodi



§. XXII. Vbi oppignorari debet feudum, haud secus ac in alienando, consensus domini, et agnatorum, aut simultanee inuestitorum, requiritur. Si vasallus alium habet dominum feudi, alium iurisdictionis, huius quoque consensus impetrare debet.

§. XXIII. Solet dominus consensus dare ad certum tempus, quo elapso, renovatio illius peti debet. Perenda etiam est, vbitale nomen alteri ceditur. Consensus enim eiusmodi est stricti iuris, adeoque non extenditur ultra personas, quibus primum datus, et interest domini scire, quis sit creditor in feudo.

§. XXIV. In quantum vero consensiat dominus<sup>1</sup>, et quae consensus illius sit efficacia, diuersa est in curiis feudalibus obperuantia<sup>2</sup>.

1) In Saxonia Electorali, dominus consensus impertit in aes alienum, quamdiu supersunt duo in feudo, ex quibus soboles sperari possit. Consentit vero vsque ad dimidium pretii, quo comparatum est feudum.

2) Ita in Curia feudali regni Bohemiae, ad fructus tantum feudi, ius creditorum restrinxit Imp. Leopold.

222 CAP. XII. DE DOMINIO FEVDALI

Leopoldus, Bohemiae Rex, in Rescripto, apud L V. NIGIVM T. II. p. 207.

§. XXV. Neque feudum Imperii alienari potest, absque Imperatoris consensu<sup>1</sup>, Quoad loca particularia tamen, et praedia singula, vetus fert observantia Status et vasallos Imperii, gaudere liberiori potestate<sup>2</sup>.

1) MATH. STEIN *de alienatione feudi immediati Imperii*. MOSERVS P. IV. cap. 7. §. 2. et seq.

2) ITTERTVS *idem*, in utramque partem, ventilat, cap. 23. §. 2. 3. ac tandem §. 4. concludit: *Principes Imperii et vasallos, licet non ipsam territorii alicuius uniuersitatem, particularia tamen ab eodem descripta praelia, etiam absque consensu Caesaris, alienare posse, idque veteris esse obseruantiae*. Suffragatur MOSERVS, l. c. §. 23.

§. XXVI. Similiter maiori libertate vtuntur in oppignoratione<sup>1</sup>. Quamuis nec desunt exempla consensus ab Imperatore, maioris securitatis causa, petiti<sup>2</sup>.

1) IOH. ANDR. FRÖHMANN *Disq. de oppignoratione feudorum regalium particulari, sine consensu domini, iure et moribus, permissa*.

2) Apud MOSERVM P. IV. cap. 7. §. 22. et seq. *IDEM* cautelas suppeditat, obseruandas in eiusmodi negotiis, im Bedenken von fürsichtiger Ansehung auf Güther, ic. welche Reichs- oder Lands Ständen im Heil. Röm. Reich zustehen: in Vermischten Schriften, T. II. n. 1.

§. XXVII.

VILI, EIV  
§. XXVII.  
diactum est  
Proimifcos  
Nempe, qui  
feudum, Don  
os<sup>1</sup>, videm p  
ri praeteratur  
prima inuestitu  
harum comitod

1) Germ. Vöher  
2) Vid. II. F.  
conspicienda,  
denique, pr  
citus amiserit  
suetudo, ex qu

§. XXVIII.  
dum, non rec  
retrahendi<sup>1</sup> ill  
petit<sup>2</sup>. Idem  
in casibus: v  
alienationem  
rem<sup>1</sup>.

1) Einstande  
vom Einstand  
tractus, prop  
um contractus  
se tamen ca

§. XXVII. Vbi iam de alienatione feudi actum est, commode quaedam de iure Protimiseos, et Retractu, subiici poterunt. Nempe, quum vasallus voluerit alienare feudum, Domino competit Ius Protimiseos<sup>1</sup>, vt idem pretium offerens, alteri emtori praeferatur<sup>2</sup>. Idem concessum agnatis, prima inuestitura comprehensis, quo familiarum commodis melius prospiceretur.

1) Germ. *Nöbergeltung*, *Vorkauf*.

2) Vid. II. F. o. §. *donare*. Porro, *sive de bona consuetudine, sive de prana quaeramus, concessa erat domino, pro aequali pretio redemptio, nisi hoc beneficium amiserit dominus, per resutationem, vel annali silentio, ex quo sciuerit, computando.*

§. XXVIII. Quod si alienatum fuit feudum, non requisito consensu, agnatis ius retrahendi<sup>1</sup> illud a tertio possessore competit<sup>2</sup>. Idem et domino competit, certis in casibus: vt si in genere consenserit in alienationem feudi, non in certum emtorem<sup>3</sup>.

1) *Einstands-Recht*, *Abtrieb*. MART. PEGIVS, vom *Einstands-Recht*. Ius Protimiseos, et Retractus, proprie differunt, quod illo implementum contractus impeditur, hoc rescinditur. Saepe tamen ea vocabula promiscue accipi solent, vti

vti iam obseruatum BERGERO in *Oeconomia Iuris*, p. 654.

- 2) Et Iure Saxonico etiam simultanee inuestitis: de quo BOEHMERVS in *Consultat. Iuris Publ. et Feudalis*, P. II. Resp. 128.
- 3) HORNIVS, XX. 10.

§. XXIX. In specie retractus vocatur gentilicius, quum agnati feudum, non rite alienatum, retrahunt<sup>1</sup>: feudalis, quum dominus<sup>2</sup>. Praeferuntur autem, in retractu, agnati domino<sup>3</sup>, vtpote qui vindicare feudum non potest, quamdiu agnati superfunt.

- 1) Itaque duplex datur agnatorum ius reuocandi, aliud ex iure protimiseos, quod est ipse hic retractus; aliud ex iure delatae successione, quod, in specie, ius reuocandi vocatur.
- 2) Ea est inter dominum, et agnatos, in retractu diuersitas, quod dominus ius retractus, vti et Protimiseos, alteri cedere potest; consanguinei non possunt: vti pluribus explicat MOLLERVS in *Distinction. Feudal.* cap. 20. Dist. 7.
- 3) HORNIVS l. c.

§. XXX. Retractum qui exercere voluerit, declarare propositum debet, intra annum, a die scientiae, et easdem conditiones recipere, quae, in contractu venditionis, expressae sunt\*.

\* II, F. 3.

VILI. EIV.  
§. XXXI.  
agnatis reuocandi  
consensu ip  
iure delatae  
ad eos peruen

1) I. F. 2. §. 1.  
F. 19.

2) Quasi solus  
Negotium, ex  
tali, tunc n  
tamen calum  
velint, vel fo  
cellum, mod  
adeoque ad p

§. XXXII.  
alii consenser  
alii non, hi re

§. XXXIII.  
ria, in specie  
retractu, q  
feudi non re  
triginta anni  
sionis? Illa  
et heredibus,  
remotioribus  
lura successio

§. XXXI. Alius praeterea titulus est agnatis reuocandi feudum antiquum, sine consensu ipsorum alienatum, nempe ex iure delatae successionis<sup>1</sup>, quodocumque ad eos peruenerit<sup>2</sup>.

1) I. F. 8. §. Hoc quoque II. F. 26. §. Titius II. F. 39.

2) Quaeri solet, an filiis idem ius reuocandi competat & Negatiuam, ex iure communi, et Saxonico Electorali, tuetur HORNIVS cap. 20. §. 17. Excipit tamen casum, si filius, cum patre, nominatim investitus, vel feudum, iocuto filii, patri fuerit concessum, modo filius non sit factus heres patris, adeoque ad praestanda facta eius obstrictus.

§. XXXII. Si ex agnatis, in pari gradu, alii consenserint in alienationem feudi, alii non, hi reuocabunt pro rata.

§. XXXIII. Actio haec feudi reuocatoria, in specie sic dicta<sup>1</sup>, in eo, differt a retractu, quod tendit ad reuocationem feudi non refuso pretio<sup>2</sup>. Praescribitur triginta annis, a tempore delatae successionis<sup>3</sup>. Illa praescriptio liberis quidem, et heredibus, opponi potest, non agnatis remotioribus, ad quos postmodum deuoluta successio fuerit<sup>4</sup>.

- 1) Fundamentum eius est II. F. 39
- 2) Meliorationes tamen refundi debere, respondit BOEHMERVS I, c. Resp. 132.
- 3) Conf. PETRVS GVDELINVS Comment. de iure Feudali, P. IV. c. 3. In Saxonia, insuper requiritur consuetum augmentum, Jahr und Tag. CONST. ELECT. P. II. 50.
- 4) Quoniam agere non valenti non nocet praescriptio, nec regulariter ius futurum in iudicium deduci potest. Quod pluribus prosequitur ROSENTHALIVS cap. 9. memb. 2, conclus. 83. n. 9. et sq.

§. XXXIV. Aliter se res habet in alienatione necessaria, quum hastae feudum subiicitur. In Saxonia, simultanee inuestitis, ad terminum vsque licitationis, indultum est libertate illud. Vbi iam ad iudicatum fuerit, cessat ius protimiseos, et retractus\*.

\* ORDINAT. PROCESS. RECOGN. ad Tir. XL. §. 3.

§. XXXV. Singularem speciem facit retractus, qui, ex priuilegio, Corpori alicui, siue Ordini vniuerso, in bona singulorum competit\*.

\* Tale priuilegium ab Imp. Carolo VI. Comites Imperii petebant. Vid. Decretum Imperatoris in

VILLI, EIVS

in LVNICI  
Berren, P. 90

§. XXXV.

in Imperio, c  
ve non modo  
dini denique v  
fortium Equest  
tra tres annos  
mortua.

1) Vid. TRINCI  
cap. I. §. 35.

2) IUMAN. V  
dise. Mem  
ciali, 170  
Obseru. 257, 2



VTILI, EIVSQVE EFFECTIBVS. 227

in LVNICII *Thefauro Iuris* deder. Grafen und Herren, p. 909. num. 2.

§. XXXVI. Ita Nobilitati immediatae, in Imperio, concessum<sup>1</sup> ab Imperatore, vt non modo agnatis, sed Pago, et Ordini denique vniuerso, rem, extra Consortium Equestre alienatam, retrahere intra tres annos liceat, etiam ex manu mortua<sup>2</sup>.

1) Vid. PRINCIPIA IVRIS PVBLICI Lib. VII. cap. I. §. 35.

2) IMMAN. WEBER de *Retractu nobilitatis immediatae*. Idem argumentum illustrat, in causa speciali, LVDOLFVS *Observat. forensium* P. III. Obseru. 257, 258.





## CAP. XIII.

## DE ONERIBVS ET DEBITIS FEVDALIBVS.

*Onera fevdalia quatenus et qualis ad illa vasalli obligatio? 1.*

*Diversae illorum species. 2.*

*Pecunia, ex qua comparatum feudum 3. aut in meliorationem eius versa. 4.*

*Dotatium ex feudo praestandum. 5.*

*Quantitas eius uti constituatur? 6.*

*Requiritur, ut dos sit illata 7 8.*

*An retineat vidua dotatium, etiamsi ad secundas nuptias transeat? 9.*

*De dote, et dotatio feminarum illustrium. 10.*

*Legitima ex feudo quando debeatur? 11.*

*Debita in subsidium soluenda ex feudo; ubi de dotatione filiarum vasalli defuncti. 12. et de impensis in finibus vasalli. 13.*

*Debitum, propter seruitium contractum, an feudale? 14.*

*De debitis, in quae dominus, et agnati, consenserunt. 15.*

*De executione in feudo, ubi et de sequestro. 16.*

*De beneficio competentiae vasalli. 17.*

*De alienatione feudi propter debita. 18.*

## §. I.

**V**ti commoda, ex feudo, percipit vasallus: ita sunt onera quoque, et debita,

ET DEBIT

bit, ex feudo  
succesore \*  
illi, quae ex  
qui feudum ac  
in haerentia, ob

\* DEBET. CAP.  
Liber. FEVD  
capit. feudalis.

§. II. Onera  
do ita in haerent  
cessorem transie  
minum. Ali  
venda sunt, al  
allodium non t  
passim, ratione  
ad leges et con  
vinciae consuetu  
dum. In Electo  
singulari lege.

\* CONSTIT. I

§. III. Inter  
tes alienum,  
tum \*; idque e  
cessor rem  
um debetur.



bita, ex feudo praestanda a quocunque successore \*. Est haec obligatio similis illi, quae ex quasi contractu oritur, quod qui feudum acceptat, simul ad onera, illi inhaerentia, obligare se censetur.

\* *BENED. CARPZOVIVS de oneribus vasalli feud-  
dalibus. FRIDERICVS GERDESIVS de oneribus  
vasalli feudatibus.*

§. II. Onera feudalia sunt, quae feudo ita inhaerent, vt ad quemcunque possessorem transeant, etiam ad ipsum dominum. Alia ex feudo simpliciter solvenda sunt, alia tantum in subsidium, si allodium non sufficit. Mores locorum passim, ratione specierum, variant. Itaque ad leges et consuetudines Curiae, ac provinciae cuiusvis, hic quoque respiciendum. In Electoratu Saxonico, onera haec, singulari lege, definita sunt \*.

\* *CONSTIT. ELECTOR. P. II. 46.*

§. III. Inter prioris generis onera, est aes alienum, comparando feudo impen- sum \*; idque ex naturali aequitate, quam successor rem ipsam accipiat, cuius pre- sium debetur. Idem obtinebit, quoad par-

tem pretii non soluti, imo et quoad debitum, soluendi laudemii causa contractum.

\*) *CONSTIT. ELECTOR. l. l.* Da es sich zutrüge, daß einer zu Erkaufung etlicher Lehngüter Geld aufgenommen, und hätte dasselbige ganz, oder zum Theil, bey seinem Leben nicht abgelegt, so soll diese Schuld durch die Lehnsfolger, welche solche Lehngüter bekommen, bezahlet werden.

§. IV. Huc porro pertinet pecunia, in rem et meliorationem feudi versa<sup>1</sup>, v. c. ad refectionem, aut aedificia<sup>2</sup>. Vbi tamen, qui pecuniam ex feudo repetit, vtiliter impensam probare tenetur.

\* *CONSTIT. ELECTOR. l. c.* Wann aber mit ihrer Bewilligung solche Schuld gemacht, und auf die Lehen verschrieben; oder da die Schuld, wegen Aussteuerung derer Töchter, oder Schwesfern, oder zu Ablegung derer Leibgedinge, aufgenommen; oder es wären dieselben Schulden in nützliche Besserung des Lehnguths gewendet; in solchen und dergleichen Fällen sollen solche Schulden durch die Lehnsfolger aus dem Lehn vergnüget, und die Landserben damit verschonet werden.

2) *SCHWEDERS de meliorationibus feudi.*

§. V. Viduae etiam dotalitium\*, ex feudo, praestandum est, nisi dotem, atque donationem propter nuptias, repetere, vel por-

ET DEBIT

portionem (ta  
quod in tempo

\* Germanis

§. VI. Co  
Etis dotalibus,  
vinciae. in S  
et donationis p  
que sorte, vira  
lea, vbi 1000.  
toicidem comp  
pter nuptias,  
annum\*.

\* *CODICE,*

tate dotalium,

§. VII. Ve  
feudo, requir  
verlamque in  
dem praesum  
rit probata\*.

\* *HORNIVS*

fin. lit. Fe

§. VIII. I  
marito, non  
non potest.

portionem statutariam eligere maluerit: quod in tempore declarare debet.

\* Germanis Witthum, Leibgeding, Leibzucht.

§. VI. Constituitur dotalitium vel patris dotalibus, vel secundum mores provinciae. In Saxonia, ratio habetur dotis, et donationis propter nuptias: pro utraque sorte, usurae duplicatae constituuntur. Ita, ubi 1000. floreni in dotem illati sunt, totidem computantur in donationem propter nuptias, et dotalitium erit 200. fl. in annum\*.

\* GODOFR. LVDOV. MENCKENIUS de quantitate dotalitii, praesertim in Saxonia.

§. VII. Ut dotalitium praestetur ex feudo, requiritur, dotem esse illatam, versamque in feudi utilitatem. Et hoc quidem praesumitur, modo illatio dotis fuerit probata\*.

\* HORNIVS l. c. §. 7. BOEHMERVS in Dissertion. Iur. Feudal. Resp. 123.

§. VIII. Iure communi, si dos, viuo marito, non sit illata, dotalitium peti non potest. Iure Saxonico, admittitur

adhuc vidua ad petendum illud, si dotem, viuo marito promissam, post obitum eius offerat, cum vsuris.

§. IX. Caeterum vidua retinebit dotalitium, vtpote constitutum in compensationem dotis, etiamsi ad secunda vota transeat\*, nisi aliter, in tabulis dotalibus, fuerit prouisum.

\* HORNIVS l. c. §. 11. Qui negant, hoc praecipue argumento veniunt, quod dotalitium constituitur in solarium viduitatis. Ipsa praxis sibi non constat. Praesto sunt exempla, quod viduae, iterum nubentes, retinuerint dotalitium. Nec alia desunt amissi per secundas nuptias dotalitii, quae exhibet Dn. ESTOR in dist. *An dotalitium cesset propter secundas nuptias?*

§. X. In familiis illustribus, etiam quae ad dotalitium spectant, plerumque pactis definita sunt<sup>1</sup>: aut in tabulis dotalibus, prouti res poscat, accuratius designantur<sup>2</sup>.

1) Olim viduis illustribus integrae praefecturae, pro dotalitio, constitui solebant, et ipsae adeo de illis inuestiri. Vnde nomen *Leibgedings-Wehn*, cuius exempla vide in MULLERI *Staats-Cabinet*, P. II. c. 2. Quod recentior consuetudo notauit.

2) Quae

ET DEBI

1) Quae omnia  
horibus femina

§. XI. L.  
ex feudo, si p  
monii sui, in  
rit. Iure Fe  
quarta parte,  
ta, si quatuor

§. XII. A  
mum in subsid  
si allodium n  
liarum vala  
nuptierint.

§. XIII. V  
felli, ex feudo  
est. Qui affi  
cipue vrgent  
tunt, neque a

\* Conf. c. 1.  
Vasallo ad i  
solsuam ob  
eiusmodi in  
affirmariunt  
Fendalibus,

§. XIV.  
propter seru

2) Quae omnia latius persequitur *LVDOLFVS de iuribus feminarum illustrium*, P. II. c. 2. §. 5.

§. XI. Legitima tum demum debetur ex feudo, si pater maiorem partem patrimonii sui, in emendum illud, impenderit. Iure Feudali Saxonico, consistit in quarta parte, si tres existant liberi; in tertia, si quatuor, aut plures.

§. XII. Alia sunt onera, quae demum in subsidium, ex feudo, praestantur, si allodium non sufficiat: ut alimenta filiarum vasalli defuncti, et dotatio, ubi nupserint.

§. XIII. Vtrum impensae, in funus vasalli, ex feudo debeantur, saepe disputatum est. Qui affirmant, fauorem causae praecipue vrgent, et necessarias tantum admittunt, neque aliter, quam in subsidium\*.

\* *Conf. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLIUS de Vasallo ad impensas, in funus decessoris faciendas, in subsidium obligato. An tucessor, in Principatu, eiusmodi impensas praestare teneatur, dilcepat, et affirmariuam defendit BOEHMERVS in Consult. Feudalibus, Resp. 124.*

§. XIV. Quaesitum etiam, an debita propter seruitium, aut donatium, contra-

cta, ex feudo soluantur? Et videtur non solui: quoniam seruitia ex fructibus praestanda sunt, fructus percepti autem heredibus allodii cedunt. In Saxonia, lege expressa ita sancitum est; nisi donatium oblatum fuerit pro seruitio, quod etiam successori incumberet. Tum enim diuiditur debitum, pro rata temporis\*.

\* DECIS. ELECTORAL. 32. Daß bemeldter Rückstand von den Landserben ohne Unterscheid, ob es vor oder nach des Vasallen Tod gefällig gewesen, zu bezahlen. Es sey denn, daß solche Bewilligung ausdrücklich anstatt der Ritterdienste, und damit auf gewisse Zeit unsere Lehnsleute mit Anforderung verschonet bleiben, geschehen; welchenfalls zu unterscheiden, ob die gnädigst versprochene Verschonung bey Leben der Vasallen abgelaufen, oder auch denen Lehnfolgern noch in etwas zu statten komme: da denn ersten Falls solch zurückgebliebenes Präsentgeld abermalen von den Landserben abgetragen, andern Falls aber, nach Proportion der Zeit, zwischen die Lehns- und Landserben, getheilet werden soll.

§. XV. Etiam debita, in quae Dominus, et agnati, aut simultanee inuestiti, rite consenserunt, feudum afficiunt\*.

\* Hic quoque respiciendum ad formulam consensus, et obsequantiam Curiae. In Curia feudali Regni Bohemiae, ius creditorum ex consensu, ad fructus tantum restringi, obseruatum est cap. praec-

ET DEBI

praecedente.  
Witceburge  
Obseruat.

§. XVI.  
curio in feudo  
lia, in fructu  
queller impo  
ditores, ex re

1) IVIT. GLO  
quanti in feud  
2) Ordinam. q  
STRVIVS  
RVS I. c.  
ditum.

§. XVII.  
ficio comper

\* STRVIVS  
RVS in Es

§. XVIII.  
feudum, pro  
ex ea pecun  
vuntur. R  
nec inuestit  
impendi deb

\*) ORDIN  
Art. XI. §.

ET DEBITIS FEVDALIBVS. 235

praecedente, §. 22. De effectu consensus, in feudis Wirceburgensibus, disputat, Dn. BOGRISIVS in *Observat. feud.* 26.

§. XVI. Ob debita feudalia, datur executio in feudum ipsum; propter allodialia, in fructus tantum<sup>1</sup>. Interdum sequester imponitur, vt ordine solvantur creditores, ex redditibus feudi<sup>2</sup>.

1) IVST. GEORG. CHLADENIVS *de iure exequendi in feudis, praesertim Imperii.*

2) Ordinem quo satisfiat creditoribus, explicat B. G. STRVVIVS, cap. 20. §. 30. et fusius BOEHMERVS l. c. Resp. 122. *de prioritare debitorum feudaliu.*

§. XVII. Vasallus tamen gaudet beneficio competentiae\*.

\* STRVVIVS l. c. §. 28. not. \*\*. Dissentit STRYKIVS in *Exam. Iur. Feud.* cap. 25. Qu. 31.

§. XVIII. In Saxonia Electorali, quum feudum, propter debita, sub hasta venditur, ex ea pecunia, debita tantum feudalia solvuntur. Residuum, in fauorem simultanee inuestitorum, alii feudo comparando impendi debet\*.

\*) ORDINAT. PROCESS. RECOGNIT. ad Art. XI. §. 3.

\*\*\*\*\*

CAP. XIV.  
DE MODIS, QVIBVS  
FEVDVM DESINT.

- Modi, quibus *sexus feudalis soluitur*: Interitus rei feudalis. 1.
- Coniunctio domini *utrisque*, et *directi*. 2. A parte *vasalli*, *appropriatio feudi*. 3. *Frequens eius usus*. 4. *Etiā in feudis per Germaniam*. 5.
- Consolidatio a parte *domini*. 6.
- De *Refutatione feudi*. 7. 8. *Sanctio Aureae Bullae, de refutatione feudorum*. 9. *Refutatio feudi a parte domini*. 10.
- Consolidatio feudi, *extincta familia vasalli*. 11. *Quid de illa dispositum, ratione feudorum Imperii?* 12. *Quando locum non habeat?* 13.
- An, *domino mortuo sine herede, dominium directum ad vasallum recidat?* 14. 15.
- De *privatione feudi propter feloniam*. 16.
- Species feloniarum, quae in dominum ipsum committitur*. 17. 18.
- Et in *personas, necessitudine ipsi coniunctas*. 19.
- Casus feloniarum in omittendo*. 20. 21.
- De *felonia in alium, quam dominum*. 22.
- De *privatione feudorum, propter crimen maiestatis*. 23. *Aut fractam pacem publicam*. 24.
- An per *omnem feloniam feudum committatur?* 25.
- An *etiam alii casus feloniarum statui possint, quam qui lege definiti?* 26. 27.
- Primatio feudi an fiat ipso iure?* 28. 29.
- De *remissione feloniarum, expressa, et tacita*. 30.
- Ad *quem recidat feudum commissum?* 31. 32.

De felonia domini  
Quatenus dicitur  
pari i  
De rebus feudis  
Dispositio de feudo  
Lignis cunctis

Varij sunt  
definit.  
tu rei feudalis  
tur, delinere  
est. Si par  
nuuntur, m  
g. II. Se  
guitur for  
vile cum d  
vasallus ple  
sive domini

\* Verumque  
explicam

§. III.  
acquiret, f  
dit. Qua  
itemque tr

1) acquir



*De felonis domini. 33. et seq.*

*Quatenus doctrina de feloniam applicari possit ad feuda Imperii ? 38.*

*De ordine seruando in iudicio proscriptiois. 39. 40.*

*Dispositio de feudis, propter feloniam abiudicatis. 41.*

*Agnatis innocensibus uti prospectum ? 42.*

§. I.

Varii sunt modi, quibus feudum esse definit. Et primo quidem, interitu rei feudalis, vel si hostili vi occupetur, desinere feudum, vix monere opus est. Si pars tantum perierit, seruitia minuantur, manente nexu feudali.

§. II. Sed etiam re incolumi, extinguitur forma feudi, quando dominium utile cum directo coniungitur: siue iam vasallus plenum dominium consequatur, siue dominus\*.

\* Vtrumque, per praescriptionem, quomodo fiat, explicatum est supra cap. 9.

§. III. Vasallus dominium plenum acquirit, si dominus ei proprietatem cedit<sup>1</sup>. Quae vocatur appropriatio feudi, itemque transmutatio feudi in allodium<sup>2</sup>.

1) SCHVEDERVS de approbatione feudi.

2) IAC.

- 2) IAC. BORNII *Diff. de transmutatione feudi in allodium.*

§. IV. Per eiusmodi appropriationem, ingens passim rei feudalis mutatio contigit. In Angliae regno, sub Carolo II. sublata fere omnis feudalitas<sup>1</sup>, et praedia, remissis seruitiis, in patrimonium concessa<sup>2</sup>.

- 1) Quanto illa mutatio ad Rempublicam momento fuerit, exponit BURNETVS in *Hist. sui temporis*, P. I. p. 12. 13. (vers. Gallicae.) Scripsit tum, sed incassum, pro retinendis seruitiis, et prisca feudorum forma, librum FARIANVS PHILIPPVS, sub titulo, TENENDA, NON TOLENDA, or the necessity of Preserving Tenures in Capite, and by Knight's - Service etc. Londini 1660. 4.

- 2) Conf. GILES IACOB in *Dictionario Iuridico (Larvudictionary)* voce Tenures: Of these general antient tenures, Knight's Service, Chivalry, Escuage, Petit Serjeanty, Villenage etc. are taken away, by statute 12. Car. 2. Vide Constitutionem ipsam in *Collectione statutorum: The statutes, at large, by JOSEPH KEBLE.* (Londin. 1676.) p. 1147.

§. V. Etiam, per Imperium, passim appropriata sunt feuda, nominatim in Bohemia<sup>1</sup>. In prouinciis Regis Prussiae, An. MDCCXVII. sublatus est ne-

XUS

QUIBUS F

ius feudalis  
vo caeteroqu  
cessionis?

1) Ita Imp. Fe  
da, per circula  
da consignari  
SIGISM T.

2) Per Reliquos  
Proditum:  
John Veretbur  
Nutterferde.  
RIDIU Juri  
gen u. Ulm

3) Allectario,  
du. d. 10.  
chern Et. de  
ben und nach  
und Ehr, be  
nan und zu et  
Ehr. Märts  
guc Lehe, e  
Wer dieselben  
Häret, und  
Eigentums  
fiat und  
Königl. Ma  
daren depen  
men haben, v  
ben, und det  
sey soll, die  
zu gemessen,  
jedoch saluo  
Händer, tw  
tion daron zu

xus feudalis<sup>2</sup>, imposito canone, et salvo caeteroquin iure, atque ordine successione<sup>3</sup>.

1) Ita Imp. Ferdinandus III. vt Bohemiae Rex, feuda, per circulum Ellenbogensem sita, tanquam allodia consignari, in cataltris Regni, iussit, ap. LVNIGIVM T. II. p. 191.

2) Per Rescriptum regium, de die 5. Ian. an. 1717. Prodiit tum: Rechtliches Gutachten, wegen der LehnsVererbung, und jährlichen Bezahlung der Ritterpferde. Cui opponerentur: SINCERIVERIDICI Juristische und politische Betrachtungen 2c. Ulm 1741. 4.

3) Asscuratio, vasallis Marchiae Brandenburgicae data, d. 30. Iunii, e. a. Versprechen und versichern Sr. Königl. Majestät vor Sich, Dero Erben und nachkommende Successores, an Dero Kron und Chur, bey Dero Königlichem Wort, daß von nun und zu ewigen Zeiten, alle und jede in Ihren Chur-Märktischen und dazu gehörigen Landen bezogene Lehne, ohne Unterscheid, wes Namens und Art dieselben seyn, für Allodial: und Erbgüter erkläret, und die Qualität eines völligen Erbs und Eigenthums denselben beygelegt seyn solte, dergestalt und also, daß der nexus feudalis zwischen Sr. Königl. Majestät und Dero Vasallen, nebst allen davon dependirenden Prästationen, sie mögen Namen haben, wie sie wollen, nummehr gänzlich gehoben, und denen Possessoribus freye Macht gegeben seyn soll, dieselben als Erbgüter zu besitzen und zu genießen, auch davon, als von ihrem Eigenthum, jedoch salvo iure succedendi der bisherigen Gesamts Händter, wie auch derjenigen, denen die Reluision daran zustehet, zu disponiren.

§. VI. Quando dominus feudi acquirit dominium utile, idque coniungit cum directo, consolidatio in specie vocatur \*.

\* Conf. *KVLVISIVS* in *Diff. de Consolidatione* §. 9.

§. VII. Haec ipsa fit diuersis modis, vt si vasallus feudum repudiat, Dominoque resignat: quod proprie est feudum refutare<sup>1</sup>. Vocant etiam effestucare feudum, quod olim, in traditione rerum immobilium, moris esset, festucam, veluti signum possessionis, tradere<sup>2</sup>.

1) *De refutatione supra cap. 12. §. II. IMMANUEL WEBER de refutatione feudorum Imperii.*

2) *FRIDER. A SANDE de Effestuatione cap. 2.*

§. VIII. Permissum est vasallo, refutare feudum, etiam inuito domino<sup>1</sup>; modo tempestiue, et sine dolo malo<sup>2</sup>, fiat<sup>3</sup>.

1) *II. F. 38.*

2) *IO. OTTO TABOR de Refutat. feudi, cap. 3. thes. 3.*

3) *CAR. GOTTL. ENORRIVS de Refutatione feudi, poenae loco irrogata.*

§. IX. In Germania, quondam prava inualuerat consuetudo, vt vasalli, quum bellum

bellum aduen-  
tiosae fidei  
verbis refuta-  
Quem abulu-  
rolus IV. in  
tio refutationi-  
dum, re ipsa, re-  
in iplo contractu  
feudum non re-

1) Im Henricus  
Viboldum, A  
inter Viballin  
Cerni Namer  
Bilitatis, con-  
nos, et occipit  
et sublatu no  
tio effestua-  
tente, Cinc, n  
legatione infirma

2) AVB. BVL

3) Ita Comes  
rum Landgra-  
milere, Jhu  
Feyn, und  
LVTICHT

§. X. Do-  
dum dicitur,  
tedit\*: quae e-  
quam modo n

bellum aduersus dominos agitent, ne violasse fidelitatem viderentur, feudum verbis refutarent, re ipsa retinerint <sup>1</sup>. Quem ab usum vt tolleret Imperator Carolus IV. in Aurea Bulla sanciuir, ne ratio refutationis habeatur, nisi vasallus feudum, re ipsa, resignauerit <sup>2</sup>. Nonnunquam, in ipso contractu feudali, cauent vasalli, se feudum non refuturos <sup>3</sup>.

1) Iam Henticus, Episcopus Léodiensis, in epist. ad Vibaldu, Abbatem Corbeiensis et Stabulensem, inter Vibalginas, n. 279. ea de re conqueritur: *Comos Namurcensis, nescimus, quo ruitore regiae debilitatis, venenosa factione aliorum Principum, in nos, et ecclesias nostras, furit. Praemissis dilectionis et fidelitatis nuntiis, et subsequenter eadem hora, nuntio EFFESTVCATIONEM domini nostri deferente, Cinei, nostram dominicalem villam, adhuc ista legatione infecta, penitus succendit.*

2) AVR. BVLLA Tit. 14.

3) Ita Comites Waldeccae, quum an. 1438. Comitatum Landgrauiis Hassiae in feudum offerrent, promiserunt, Ihre Getreue Edle Mann darum zu seyn, und zu verbleiben, unaufgesagt: apud LVNIGIUM T. II. p. 1678.

§. X. Dominus quoque refutare feudum dicitur, quum vasallo proprietatem cedit\*: quae est ipsa illa appropriatio feudi, quam modo memorauimus.

Q

\* II.

\* II. F. 9. §. I. *Nisi hoc beneficium amiserit dominus, per resutationem.*

§. XI. Alius consolidationis modus est, quando feudum domino aperitur, mortuo vasallo sine herede, qui succedere in feudo possit.

§. XII. Vti vasallis appropriatio passim profuit: ita domini, per consolidationem, fortunas suas auxere. In Imperio ipso, ad suppleendum defectum domaniorum, placuit, vt Imperator in posterum, si qua maioris momenti feuda aperiantur, ad publicam vtilitatem retineat<sup>1</sup>. In Electoratu tamen consolidatio, per Auream Bullam, locum non habet<sup>2</sup>.

1) CAPITVLAT. IMPERIAL. Art. XI. 10. et seq.

2) Conf. PRINCIPIA IVR. PVBL. Lib. 4. cap. 2. §. 2. MOSERVS P. III. cap. 2. §. 8. et seq.

§. XIII. Cessat interdum haec consolidatio per priuilegium, aut legem domini supremi, si is, ad conseruationem ordinis equestris, prohibeat, ne domini immediati feuda aperta consolident, sed rursus alii conferant\*.

\* Quale

\* Quale man-  
tatione feudo  
profert x

§. XIV. N  
plenum con  
rede feudali  
enim proprie  
que spem eius  
dominium vtil

\* Natus id  
Sautchen let  
Hermfall des  
§. 11. et f  
feodal. 28

§. XV. V  
nae domini,  
gatus est, dom  
perennat, et  
trice\*.

\* Conf. 1. 0

§. XVI.  
domino, prop  
fidem, et o  
sum: quod  
am vocant  
lesiniendis,

- \*) Quale mandatum Regis Galliae, de an. 1681. ratione feudorum Nobilitatis Alsaticae Inferioris, profert KVLPIVS, in Diss. cit. §. 39.

§. XIV. Non aequè vasallus dominium plenum consequitur: domino, sine herede feudali, decedente \*. Dominus enim proprietatem iure allodii habet, neque spem eius obtinendae vasallo, quum dominium vtile concederet, fecit.

- \* Pluribus id deducit KOPPIVS in Proben des Deutschen Lehrechts, P. II. Specim. 2. Von dem Heimfall des Ober-Eigenthums an die Lehleute etc. §. 11. et sq. Add. BOCRISVS Obseruat. feudal. 28.

§. XV. Vbi vasallus non tam personae domini, quam ipsi reipublicae obligatus est, dominium directum penes eam perennat, etiam extincta familia regnatrice \*.

- \* Conf. KOPPIVS l. c. §. 2. et sq.

§. XVI. Denique feudum aperitur domino, propter delictum vasalli, contra fidem, et officia domino debita, admissum: quod proprio vocabulo feloniam vocant <sup>1</sup>. In casibus autem ipsis definiendis, feudorum interpretes mire

variant<sup>2</sup>. Praecipuos hic attigisse suffecerit.

1) Origo vocis incerta manet. Plures illam a Germanico *Fehlen* deducunt. Sed bene observatum a BEYERO cap. 9. Th. 3. in notis, derivationem hanc, ad rei atrocitatem, vix adurgere, Germanis vocatur *Lehnsfehler*, *Feloney*.

2) LVD. SCHRADERVS in Tr. feudali, P. 9. per tota nouem capita, causas 47. enumerat, ex quibus, ob delictum, vasallus feudo priuetur. Quemadmodum discerni verae feloniae species debeant, ab aliis delictis, docet DN. BOEHMERVS in *Decis. Feudal Resp.* 135. de variis feloniae speciebus, ad effectum priuationis feudi sufficientibus.

§. XVII. Committitur autem felonia vel in dominum, vel in alium. Aduersus dominum, delinquit vasallus committendo, si illum inuadit<sup>1</sup>, aut hostibus se iungit in perniciem ipsius<sup>2</sup>: si insidias vitae struxit, etiamsi euentus non fuerit securus<sup>3</sup>.

1) I. F. 5. pr. Similiter, si dominum assalierit, vel castrum domini, sciens, dominum vel dominam ibi esse. Item II. F. 24. Porro si dominum assalierit, vel vicum, in quo est, per vim aggressus fuerit, vel impias manus in personam domini ubicunque ingresserit, vel alias graues, vel inhonestas iniurias intulerit, vel morti eius

veneno,

tenere, an  
beneficium

2) Ita C.  
Tecklenburg  
canon Geld  
Dominum  
NVS in

3) LVD.,  
sals in domo

§. XVIII.  
fas, ad feloniam  
leges feudales  
esse sciens n  
ta eius<sup>2</sup>, aut  
caussa<sup>3</sup>.

1) Vocatur  
F. 651.

2) II. F. 17.  
scientes manus  
sponderant  
MERYM  
Resp. 136.

3) Conf. I. A.  
Diff. de Vo

§. XIX.  
ni de honeste  
tiam violat



veneno, aut gladio, vel aliter insidiatus fuerit, beneficium amittit.

- 2) Ita Carolus V. Imperator, Conrado, Comiti Tecklenburgio, ademittit Comitatum Lingiae, Ducatus Geldriae feudum, quoniam aduersus ipsum, Dominum suum, arma gessisset. Vid. PERIZONIVS in Histor. Seculi XVI. p. 359.
- 3) LUDER, MENCKENII Diss. de Insidiis Vasalli in dominum.

§. XVIII. Alias etiam grauiores offensas, ad feloniam huius generis, referunt leges feudales: vt, si vasallus dominum esse sciens negauerit<sup>1</sup>, si prodiderit secreta eius<sup>2</sup>, aut accusauerit eum in criminali caussa<sup>3</sup>.

- 1) Vocatur *Disclamatio*, de qua CRAGIUS p. 655.
- 2) II. F. 17. Si credentiam, ad eorum damnum, scienter manifestauerint. In eam sententiam responderunt Iureconsulti Halenses, apud SOEHMERVM, in *Docif. Iur. Publ. et Feudal.* Resp. 126.
- 3) Conf. SAM. FRIDERICE VVILLENBERGII Diss. de Vasallo Epichaeracaco.

§. XIX. Similiter, si familiam domini dehonestauerit<sup>1</sup>, nempe, vxoris pudicitiam violando, aut earum, quae alias ne-

cessitudine domino coniunctae sunt. Leges in specie filiam, neptim ex filio, nurrum, sororem innuptam, designant <sup>2</sup>.

- 1) In textu I. F. 5. pr. dicitur, *si fidelis cucurbitaverit dominum*. Lubricum argumentum: fure tamen, qui singularibus scriptis exponeret: HENRICVS CHRISTOPH. A GRIESHEIM, itemque GODFRED. NICOLAVS SCHLEENSTEIN, in Dissert. de Felonia Cucurbitationis.
- 2) II. F. 24. c. Rursus,

§. XX. Omittendo, in feloniam incidit vasallus, si inuestituram, intra tempus lege definitum, petere neglexit <sup>1</sup>, aut domini consentam non requisivit in alienationem feudi: quo facto feudum, ipso iure, amittitur <sup>2</sup>.

- 1) IO. FRIEDL. VOCKEL de omissione inuestiturae feudalis, non dolose facta, ad amissionem feudi non sufficiente. Contrariam sententiam tuetur GOTHOFER. LVDOVICVS MENCKENIVS in Diss. de poena priuationis feudi, in vasallum, dolo vel negligentia renouationem inuestiturae non petentem, legibus statuta. Conf. ROEHMER; Rel. 139. An et quatenus, ob neglectam inuestiturae renouationem, vasallus feudo priuari possit?
- 2) II. Feud. 55. vbi libere reuertatur. Monet tamen HORNIVS c. 23. §. 21. et hic opus esse sententia declaratoria, quam vasallus causas habere poterit, ob quas bona fide, sine dolo, feudum

dom aliena  
equestris Im  
P. IV. c. 8

## §. XXI.

mino recula  
caueret, not  
perenti dene  
cauem deter

- 1) II. F. 24.  
2) II. F. 24. §.  
aliquem cont  
tem, vel ca  
tam facere  
quam citius  
ficus prae  
si non fecer  
de sua celat
- 3) I. F. 5. et

## §. XXII.

quam domi  
nia habent  
tio conuata  
cies est faeu

- 1) I. F. 5.  
2) II. F. 17.  
feudum an  
Conf. p. 8  
vasalli erga

dum alienauerit. Praejudicium, in caussa feudi equestris Imperialis, vid. apud M O S E R V M P. IV. c. 8. §. 18. et seq.

§. XXI. Item si iustitiam facere domino recusat<sup>1</sup>; si domium periculi, ve caueret, non admonuit<sup>2</sup>; si debita seruitia petenti denegauit; aut in praelio periclitantem deseruit<sup>3</sup>.

1) II. F. 24. c. illud tamen.

2) II. F. 24. §. 2. Praeterea, si vassallus rescuerit, aliquem contra dominum suum assultum, vel mortem, vel captiorem, aut patrimonii grandem iacturam facere molientem: debet dominum super hoc, quam citius potest, certiorare, ut proinde dominus sciens prudensque periculum valeat declinare. Quod si non fecerit, adeoque, vel negligentia, vel fraude sua celauerit; beneficio se cariturum agnoscat.

3) I. F. 5. et II. F. 24. §. item qui dominum.

§. XXII. Flagitia in alium, praeterquam dominum, commissa, quae pro feloniam habentur, sunt parricidium<sup>1</sup>, proditio conuassalli<sup>2</sup>, abusus feudi<sup>3</sup>, cuius species est saeuitia in subditos<sup>4</sup>.

1) I. F. 5. II. F. 37.

2) II. F. 17. Si vassallus occidat conuassallum, num feudum amittat? disquirat RVDINGERVS I. 74. Conf. PETRI SCHULTZEN Diss. de obligatione vassalli erga conuassallum.

- 3) Exemplum apud LVNICIVM in Corp. Iur. Feud. T. II. p. 177. ubi Georgius, Rex Bohemiae, Henricum Plauensem, Burgraviam Misniae, feudo, propter abusum, priuauit.
- 4) II. F. 27. Vassallus, male tractans subditos feudi, an feudo priuandus sit? disceptat idem RVDINGE-  
RVS L. 17. Quaesitum de eo fuit, in actione fe-  
loniae Ferdinandi I. Regis Romanorum, aduersus  
Ulricum, Württembergiae Ducem, uti apparet ex spe-  
cie facti, in LVNLGII Scripta. Illustr. p. 691.  
et sequ.

§. XXIII. Inter poenas quoque crimi-  
nis maiestatis est<sup>1</sup>, ut, qui dammatas eius  
fuerit, priuetur feudis, etiam quae ab  
alio domino habet<sup>2</sup>.

- 1) CHRISTOPH. SCHREIDERI Diss. de Felo-  
nia, pox indirectum, in crimine laesae Maiestatis  
commissa.
- 2) RITTERSHVSIVS Lib. II. cap. 5. qu. 126.

§. XXIV. In Imperio, Pax etiam Pu-  
blica banno sancita est, et priuatione feu-  
dorum; statutumque, ut, ex fructibus  
illorum, satisfiat parti laesae\*.

\* Iam Fridericus III. eam sanctionem Confir-  
mationi, de Pace publica, adiecit, quamvis Statibus  
nonnullis rigida nimis visa esset, obseruante  
DATHIO de Pace Publica L. I. cap. 28. 73.  
Confirmata est, et specialius explicata in Con-  
stitut. Pacis Publicae de anno 1548. art. 3. et  
in

in ipsa Ord.  
§. 2.

§. XXV.

hic omnes  
feudorum,  
enim feloniam  
multa inter  
vassallo irrog

\* Conf. 101  
feudi et feo  
Decil. feud

§. XXVI.

niae species  
ratur vassalle  
iudicio Cur  
fu, qui ad ca  
ferri possit  
di: ut tan  
tia valeat

1) II. 27.

qua certa  
comprehensa  
c. Praedicti  
centis, no  
libris feud

2) Plane  
Inque, r

in ipsa Ordinatio. Iudic. Cameralis, P. II. Tit. 9.  
§. 2.

§. XXV. Haud necesse est repetere hic omnes casus feloniam, qui, in textu feudorum, memorantur. Non omnis enim feloniam priuatione feudi punitur; sed multa interdum, pro qualitate admissi, vasallo irrogatur\*.

\* Conf. BOEHMERI Responsum, quod priuatio feudi ob feloniam varius hodie locum habeat, inter Decis. Feudales, n. 142.

§. XXVI. Imo ne omnes quidem feloniam species, propter quas feudum auferatur vasallo, lege definite sunt: sed iudicio Curiae relictum, etiam alio in casu, qui ad causam, legibus expressam, referri possit, decernere priuationem feudi: vt tamen, in dubio, inerior sententia valeat.

1) II. 23. Dummodo memineris causas illas, sub aliqua certa regula, aut definitione rotunda non posse comprehendere. Quod confirmatur sequente Tit. 24. c. Praedictis modis. BEYERVS tamen c. 9. th. 3. censet, non facile species feloniam, nisi quae in libris feudilibus expressae, admittendas.

2) Plane ad usum Curiae CRAGIUS, p. 683. Itaque, relicto Oberto, quaecumque insignis offensus,

Q;

fensio,

senſio, aut iniuria in Dominum, contra caput aliquod iuramenti prius propoſiti emerſerit, veluti ſi ſeruitia requiſitus ſine iuſta cauſſa negauerit, vel dominum captiuum, cum poſſit, non redemerit, aut liberarit, aut aliquod magnum periculum, quod domino imminabat, cum potuit, non auerterit, vel ſaltem aperuerit, ut dominus ſibi poſſit prouidere, etiam non requiſitus: aut ſi eius vitam gladio, infidiis aut veneno tentarit, in bello deſeruerit, etiam vulneratus, ſi tamen vel clamore eum iuuare poterat: aut ſi aliqua noua ingrati- tudinis cauſſa his ſimilis, aut forte maior, licet ante inaudita, ſuperuenerit, vaſallum feudo priuat. Et ſic ſtatuta etiam poenalia, licet ſint ſtricti iurſi, iudex poteſt a ſimilibus ad ſimilia producere. Nam tota haec poſtrema clauſula, videlicet, quae ſunt ingrati- tudines iuſtae, quae pares, quae maiores, ſue minores, totum hoc boni iudicis arbitrio per- mittitur. Ita tamen, ut in dubiis ſemper ſe prior ad abſoluendum, quam ad condemnan- dum.

§. XXVII. Videas paſſim hic propo- ni regulam: quae ſunt iuſtae cauſſae ex- heredationis, diuortii, repudii, item- que reuocandae donationis, ex iisdem quoque vaſallum feudo priuari<sup>1</sup>. Verum textus feudorum, ad quem prouocari ſolet<sup>2</sup>: eo loco exempla, non regulam dedit.

1) Vid. GOTHOF. NIC. SCHLEEN-  
STEIN Diſquiſ. Virum ex iſdem cauſſis, qui-  
bus

his libera  
cauſſas?

2) II. F.

ri, tam

poſſi cauſſi

cauſſas

rationes

ſi, quib

et donation

gratias ſue

3) Scilicet hoc

cauſſis prius

feudo; qu

ratione ut

rit Nouel

cauſſas

nempe Ti

L. 9. ſi

locum ho

cap. 14. n

TERSHV

§. XXV

niam, ipſo

per ſentent

tatio. Le

certe requ

quidem in

vero fuerit

pore comm

ſitui deber

QVIBVS FEVDVM DESINIT. 251

bus libere iuste exheredantur, vasallus feudum amittat?

2) II. F. 24. Praedictis modis beneficium debere amitti, tam naturalis, quam civilis ratio suadet: quae potest colligi, si quis novam Constitutionem iustas exheredationis causas enumerantem, et alias Constitutiones veteres, iustas ingratiitudinis et repudii causas, quibus matrimonia recte contracta solvuntur, et donationes iure perfectae reuocantur, subtiliter seruitatus fuerit.

3) Scilicet hoc tantum voluit Oberus, vasallum, ob causas prius enumeratas, iure ac merito priuari feudo; quodque illud iudicium naturali ac civili ratione nitatur, intelligi posse, si quis contulerit Nouellam 113. iustas causas exheredationis enumerantem, et alias veteres constitutiones, nempe Tit. 8. de repud. et Tit. de reuocat. donat. L. 9. Ita post FRANCISCVM CVRTIVM, locum hunc accepit DVARENVS de feudis, cap. 14. num. 25. et alii, quos laudat RITERSHVSIVS p. 376.

§. XXVIII. Vtrum vasallus per feloniam, ipso iure, feudo excidat, an demum per sententiam priuetur, grauis est disputatio. Leges ipsae causae cognitionem certe requirunt<sup>1</sup>, vtque agat dominus, et quidem in curia Parium<sup>2</sup>. Si probata vero fuerit feloniam, fructus quoque, a tempore commissae feloniam, perceptos, restitui debere statuunt<sup>3</sup>.

1) I. F.

- 1) I. F. 21. Item Tit. 22. c. 1. Sancimus, ut nemo miles adimatur de possessione beneficii sui, nisi consueti culpa, quae sit laudanda per iudicium Parium. Idem habetur titulo praecedente 21. Ibiq; domino aduersus vasallum, detrectantem seruitium, acturo, datur conditio causa data, causa non secuta, ad repetendum feudum, ex quo non seruis domino.
- 2) Idque adhuc obtinere, ubi vsus Curiae Parium superest, censuerunt Icti Halenses, apud BOEHMERVM l. c. Resp. 146.
- 3) Auctores, qui hanc sententiam propugnauerunt, plurimos producit RITTERSHVSIVS Lib. II. cap. 6. qu. 16. Ex recentioribus laudasse suffecerit LVDERVM MENGKENIVM, in Diss. de Infidiis vasalli in dominum, th. 23. HORNIVM cap. 23. §. 20. et IAC. GABRIEL WOLFIUM cap. XVI. §. 13. qui quatuor rationes hic adducit. Excipiunt tamen alienationem feudi, sine requisito consensu domini factam, de qua supra §. 20.

§. XXIX. Sunt tamen, qui ipso iure amitti feudum contendant, et sententiam Curiae tantum esse declaratoriam, id est, ut eo iudicio declararetur tantum, feudum iam ipso crimine esse commissum\*.

- § ROSENTHALEVS cap. 10. concl. 41. Contra hanc sententiam disputat. TITIVS cap. 26. §. 29. Is fructus etiam vasallo, feloniae damnato, tantum a tempore rei iudicatae, aut ad summum a lite mota, abiudicandos censet.

§. XXX.

QUIBUS F  
§. XXX.  
perest, non  
tate, e  
te, loco hab  
tiorum, pe  
cionem, per n

1) Insignum  
Diploma signi  
no 1616. qu  
pronuntiat,  
petito Regis  
quod regeret  
tent, etc  
quoque illis  
Mst. T. 6.

2) Et. H.  
feloniae tacite  
de tacita rem

3) Vitum bon  
remisse, h  
RYDING

§. XXXI.  
per feloniam  
Etione exper  
dominum co  
vertitur feud  
nem habeat



§. XXX. Remittere feloniam dominus potest, non modo expresse<sup>1</sup>, sed etiam tacite<sup>2</sup>, e. g. si vasallum eodem, quo ante, loco habet, per acceptationem seruitiorum<sup>3</sup>, per consensum in oppignorationem, per nouam inuestituram.

1) Insignum exemplum remissae feloniae praebet Diploma Sigismundi III. Regis Poloniae, de anno 1616. quo Duces Curlandiae reos feloniae pronuntiat, quod oppignorassent feudum, non petito Regis consensu, quod seruitia denegassent, quod regalem Commissarium ex insidiis occidissent, etc. Sed in eodem diplomate feloniam quoque illis condonat: in *LYDEVICI Reliqu.* MSer. T. 6. p. 217.

2) *GE. HENR. BRVCKNER, de remissione feloniae tacita IAC. CAROLVS SPENERVS de tacita remissione feloniae.*

3) Vtrum dominus censeatur vasallo ingratitude remississe, si seruitia a vasallo admittat? disquirat *RVDINGERVS l. 88.*

§. XXXI. Ad quem recidat feudum, per feloniam apertum, non sine distinctione expediri potest<sup>1</sup>. Vbi feloniam in dominum commissa, ad ipsum quoque reuertitur feudum, vt hanc iniuriae ultionem habeat<sup>2</sup>.

1) Conf.

1) Conf. DARPAEI Praejudicium num. 25. ad quem feudum deuoluatur, si uasallus feloniam committat?

2) H. F. 24. c. ult. Haec distinctio tam ratione quam moribus comprobata est, si quidem uasallus ita in dominum peccauerit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos agnatos, sed ad dominum beneficium reuertatur, uti hanc saltem habeat suae iniuriac ultionem. Si uero non in dominum, sed alios, grauius deliquerit, uel graue quid commiserit, sicut ille, qui fratrem suum interfecit uel aliud graue crimen (quod parricidii appellatione continetur) commiserit, feudum amittit, et non ad dominum, sed ad proximos, pertinet, si tamen beneficium fuerit paternum.

§. XXXII. Quaestio autem, quamdiu feudum eiusmodi penes dominum maneat<sup>1</sup>, quum id in legibus feudorum discretis uerbis definitum non sit, in varias sententias distraxit interpretes. Non defuere, qui affirmarent<sup>2</sup>, perpetuo penes illum manere. Alii contendunt, tamdiu saltem manere penes dominum, quamdiu uasallus, qui deliquerat, eiusque heredes uixerint<sup>3</sup>.

1) Disceptata fuit in Curia Imperiali haec quaestio, in causa Ducatum Mantuae, et Mirandolae, constantibus Actis publicis, in Append. ad Capitul. Imp. Caroli VI. editis.

2) In

QVIBVS F

2) In perpetuum  
GVDELIN  
HVSIVS

3) ANDE. de  
sequiturque  
Feud. II. 50  
fulmam, pe

§. XXXIII

quam dominum  
nouum est, au  
dem ad domi  
agnatos: qui  
providentia  
feudis Imper  
dispositio, qu

\*) Vid. notam  
zonia etiam,  
cium: Des  
des Häteres  
nicht ja pri

§. XXXIV

co, actio fe  
aduersus dom  
fallus, iudicen  
dominus priu

1) H. F. 26.  
na aitam)

- 2) In perpetuum domino feudum addicit P<sup>ET</sup>RVS  
G<sup>U</sup>DELINVS P. I. cap. 4. n. 3. et R<sup>IT</sup>TERS-  
H<sup>V</sup>SIVS L. II. cap. 7. qu. 24. p. 472.
- 3) A<sup>N</sup>DR. de I<sup>S</sup>ERNIA et alij, quos laudat,  
sequiturque R<sup>V</sup>DINGERVS, Controv. Iur.  
Feud. II. 50. *Virum feudum domino apertum per  
feloniam, perpetuo apud eum maneat?*

§. XXXIII. Quod si felonia in alium,  
quam dominum, commissa, feudum, si  
nouum est, aut mere hereditarium, iti-  
dem ad dominum deuoluitur, si vetus ad  
agnatos: qui iure proprio, ex pacto et  
prouidentia maiorum, succedunt\*. In  
feudis Imperij, singularis hac in parte est  
dispositio, quam infra videbimus.

\* Vid. notam I. ad §. praeced. 30. Idque in Sa-  
xonia etiam, ratione simultaneae inuestitorum, de-  
cisum: Daß der Agnat, und Mitbelehnte, auch  
des Thäters Sohn, des Lehnes in diesem Fall  
nicht zu priuiren.

§. XXXIV. Iure feudali Longobardi-  
co, actio feloniae locum habet<sup>1</sup>, etiam  
aduersus dominum, ita vt dominus, et va-  
fallus, iudicentur ad paria, et proprietas, qua  
dominus priuetur, addicatur vasallo<sup>2</sup>.

1) II. F. 26. *Domino committente feloniam (ve  
ita dicam) per quam vasallus amitteret feudum*

dum, si eam committeret, quid obtinere debeat de consuetudine, quaeritur? Et respondetur proprietatem feudi ad vasallum pertinere, siue peccauerit in vasallum, siue in alium. Item II. F. 47. Ex facto quaesitum scio, et ego a pluribus quaesivi, si dominus contra vasallum aperiens feloniam fecerit, an sicut vasallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate priuetur? Et quidam dicunt, ex omni feloniam, ex qua vasallus feudo priuatur, et dominus proprietate priuetur, alii non nisi ex magna feloniam, alii ex nulla. Sed prior sententia mihi placet, non habita distinctione, qualis vasallus sit, utrum per sacramentum, vel non. Neque tamen constat sibi ius feudale. Ita asseritur quidem hoc loco, dominum priuari posse dominio directo, easdem ob causas, ob quas vasallus dominium utile amittit; et tamen, ubi Dominus alienauerit feudum, ignorante vasallo, non priuatur dominio suo, sed tantum contractus nullus censetur. I. F. 22. Si quis fecerit inuestituram, vel cambium de beneficio sui militis, sine illius consensu, cuius est beneficium, pro non facto habetur.

- 2) GABR. SCHWEDERVS de feloniam domini. PHIL. KNIPSCHILDI Informatio de obligatione domini et vasalli, oder tuzer Bericht, was ein Lehnherr seinem Lehmanne zu thun schuldig. 10. GODOFR. HARTVNGIVS de feloniam domini.

§. XXXV. Nec desunt exempla, magnos Principes, qui ab aliis feudum tenebant, subinde in controuersis suis, ad hoc iudi-

QVIBVS  
iudicium pro  
Imp. Papae  
mino directo  
rem reuocabat  
vasallum, o

\* Ap. 311  
ipia Caetari  
die 1. Sept  
pro dno Car  
tis, verba i  
ratio? quae  
fram Sancti  
mouere deb  
proprium f  
sane iuram  
tum, nec  
federandi  
Vestra Sanct  
illius domini  
inambibus  
compositi p  
tenetur vob  
dem ordine  
turi: et  
iti, ex  
feudi, illi  
ipius feudi  
nem pariat.

§. XXXV  
vlti iuris L  
ipsum hic sibi

judicium prouocasse. Ipse Carolus V. Imp. Papae Clementi VII. tanquam domino directo Regni Neapolitani, in mentem reuocabat hanc mutuum domini, erga vasallum, obligationem\*.

\* Ap. SLEIDANVM Lib. 6. In responsione ipsa Caesaris, ad Clementem VII. data an. 1526. die 17. Sept. quae extat, in *Scriptis Apologeticis pro diuo Carolo V. etc.* Moguntiae an. 1527. editis, verba ita se habent: *At quaesumus quae ratio? quae iusta causa? quis honestus color Vestram Sanctitatem, directum eius feudi dominum, mouere debuisset, ad iuuandam inuasionem contra proprium feudatarium, nil tale merentem, nec tale facinus cogitantem, obtemperque, nec monitum, nec impetitum, nec de aliqua iusta causa subtrahendi feudum conuictum? Tenebatur enim Vestra Sanctitas iure feudi, tanquam directus illius dominus, potius nos in feudo tueri, quam inuasionibus aditum praebere, aut se socium inuasionis praestare. Eodem enim ordine, quo tenetur vasallus pro feudo domino seruire, eodem ordine tenetur dominus vasallum in feudo tueri: et ex quibus causis vasallus feudum amittit, ex iisdem causis dominus directa proprietate feudi, illiusque dominio directo priuatur. Est enim ipsius feudi natura, ut ultro citroque obligationem pariat.*

§. XXXVI. Verum quidquid fuerit de usu iuris Longobardici, (nam neque ipsum hic sibi constare vidimus,) illud certe

certe ad paria iudicium non conuenit indoli contractus feudalis. Quamuis enim mutua sit in eo fides: diuersa tamen est, pro ipsa diuersa ratione domini et uasalli 2.

1) Ad §. praecedentem 34. not. 1.

2) Conf. CHR. THOMASIVS de feloniam domini. BOCRISIVS Obseru. Feud. 29. HILDEBRANDVS de usu et non usu iuris circa feloniam domini.

§. XXXVII. Caeterum uasallus, enormi affectus iniuria, dominum, si superiorem is agnoscit, in ius vocare poterit: et satisfactionem petere \*.

\* Quod si iam Cúria actionem de felonis, aduersus dominum, receperit, eumque, propter offensae gravitatem, dominio directo priuauerit, cuiam illud accresceret? THOMASIVS l. c. §. 26. Dominus supremo adiudicandum censet. Sed magis placet HORNII limitatio, cap. 21. §. 26: *quod si dominus delinquens dominium suum iure allodii habuerit, tunc illud adiudicandum uasallo, si titulo feudali ab alio teneat, tunc recidere ad dominum supremum.*

§. XXXVIII. Vbi res fuerit cum domino, qui superiorem non habet, uasallus, si et ipse iure amorum gaudet, vi etiam prosequi ius suum poterit. Verum ita euentus belli licem finiet.

§. XXXIX.

QUIBUS F  
§. XXXIX  
manico, fe  
committant  
sic mentio  
feloniae, et p  
ne Banni, fe  
veniant.

1) CAPITULUM  
Wenn auch  
durch Tode  
ner, und 10

2) Non tamen  
tum committ  
in Examine  
Statu Imperii

§. XL. M  
publicam tur  
nes illae, et p  
eransacta.  
certi quidqu  
eius generis  
potuit, sed e  
um consulat

Art. VIII. v  
rando uno,  
pactet eius

§. XXXIX. In Imperio Romano Germanico, feudorum, quae per delictum committantur, in publicis etiam legibus fit mentio<sup>1</sup>. Iudicia ipsa maiestatis, siue feloniae, et priuationis feudorum, nomine Banni, seu Proscriptionis Imperialis, veniunt<sup>2</sup>.

1) CAPITVLATIO IMPERIALIS ART. XI. 10.

Wenn auch instrünfrige Lehen dem Reich durch Todesfälle, oder Verwürfung, erschäner, und ledig heimfallen werden.

2) Non tamen in his causis omnia, ad Ius feudorum commune, exigi possunt. Conf. SPENERVS, in Examine Longobardicae doctrinae de Felonia, ad Status Imperii communiter applicatae.

§. XL. Magnis saepe moribus Republicam turbauere Procerum proscriptio- nes illae, et plerumque res bello demum transacta. In ipsa Pace Westfalica, nihil certi quidquam de modo, et ordine, in eius generis iudiciis obseruando, decerni potuit, sed ea cura, ad communem Statuum consultationem, reiecta est<sup>\*</sup>.

\* Art. VIII. 3. De modo et ordine, in declarando uno, vel altero Statu in bannum, Imperii, praeter eum, qui alias in Constitutionibus Im-

perii descriptus est, tenendo, . . . ex communi Statuum consensu agatur.

§. XLI. In Comitiiis tandem, inter consultationes de capitulatione perpetua, convenit<sup>1</sup>, de certa aliqua processus illius forma<sup>2</sup>: quae Capitulationi Imp. Caroli VI. primum inserta fuit<sup>3</sup>. Eam, capite sequente, fusius exponemus.

1) Quae, in Comitiiis, ab anno 1685. de hoc argumento in consultationem venire, enarrat Auctor MEDITATION. ad INSTRUM. PACIS Specim. VIII. p. 1245. et seq.

2) De qua cap. seq. §. II.

3) Conf. Dn. BERN. LUDOVICI I. L. de ZECH. Diss. de Proscriptione Statuum Imperii ad Illustrationem Art. XX. Capitulationis Carolinae.

§. XLII. Eadem iam lege definitae sunt aliae quaestiones duae, maxime controversiae: ad quem pertineant feuda commissa; et quae agnatorum habenda sit ratio. Nempe bona proscriptorum immediata ad Imperium recidunt<sup>1</sup>, vt tamen, ante omnia, parti laesae inde satisfiat<sup>2</sup>. Feuda mediata domino proximo aperiuntur<sup>3</sup>.

1) iam

1) Iam olim  
lanctum f  
Regis ca  
renur. d  
Katholom  
dia tudico  
ritas alic  
grauer.  
minis, v  
Regimen  
Vid. com  
Lobatio II.

2) CAPITV  
dem also  
wird das  
sein. Bat  
Reiche  
beleidigt  
schden;  
so nicht  
sondern v  
Lehn i  
Gerichte  
seinem  
schadet.

3) CAPITV  
mutata ef  
T. 14. 9  
Aldue rei  
dinandus  
proscritor  
dominis  
feudis eiu  
gae sua fu



1) Iam olim sub Lothario II. in Curia Ratisbonensi, sancitum fuerat, vt bona eiusmodi non in manus Regis caderent, se ad vsus Reipublicae adhiberentur. DODECHINVS ad an. 1125. Rege apud Ratisbonam in conuentu Principum inquirente, praedia iudicio proscriptorum a rege, si iuste fori factibus abiudicata fuerint, vel pro his, quae regno retinent, commutata, vtrum cedant ditioni regiminis, vel proprietati Regis? iudicatum, potius Regiminis subiaccere ditioni, quam Regis proprietati. Vid. COMMENT. DE REBVS IMPERII sub Lothario II. Lib. I. §. 3.

2) CAPITVL. IMPERIAL. art. 20. Was nun dem also in die Acht erklärten abgenommen wird, das sollen und wollen wir uns, und unserm Hause nicht zueignen, sondern es soll dem Reiche verbleiben, vor allen Dingen aber dem beleidigten Theile daraus Satisfaction geschehen; jedoch so viel die Particular-Lehn, so nicht immediate von uns und dem Reich, sondern von andern herrühren, betrifft, dem Lehn-Herrn, auch sonst der Cammer-Gerichtsordnung, und einem jeden an seinem Recht und Gerechtigkeiten, unbeschadet.

3) CAPITVLATIO IMPERIAL. l. c. Sic immutata est dispositio AVREAE BVLLAE T. 14. quae talia feuda fisco imperiali asserit. Adhuc tempore belli tricennalis, Imperator Ferdinandus II. fisco suo vindicatum ibat feuda proscriptorum Nobilium, etiam quae ab aliis dominis tenebant, Episcopus Wirceburgensis, de feudis eiusmodi, quae in dominio directo Ecclesiae sua fuerant, singulari conuentione, cum Im-

peratore tranſigit: apud LVMICIVM, in Corp.  
Iur. Feud. b. P. 86.

§. XLIII. Agnatis autem, et qui alias  
ius ſuccedendi habuerint, innocentibus,  
integra manent iura ſucceſſionis: neque  
illis feloniam vaſalli proſcripi nocet\*.

\* CAPITVEATIO CAROL. I. c. Geſtaltes  
auch im Heil. Römischen Reich, bey vers  
würcten Gütern des Aechters, deſſelben  
Verbrechen denen Agnatis, und allen andern,  
ſo Anwartsung und Recht daran haben, und  
ſich des Verbrechens in der That nicht theils  
haftig gemacht, an ihrem iure ſuccedendi in feu  
dum, und Stammgütern nicht präjudiciren,  
ſondern das Principium, als ob agnati innocentes,  
propter feloniam des Aechters, des dadurch  
verwürcten Lehns, und andern zu priviren,  
keinesweges ſtatt haben ſoll. Quem locum  
copioſe illuſtrat M O S E R V S P. III. cap. 7.  
§. 70 - 85.



\*\*\*\*\*

DE IV  
FEVDA

Origo iurisdictionis  
Quatenus ordinis  
Quatenus causa  
De iudicio Paro  
In eo et capitulis  
Quatenus ius car  
Iudicij Paroim.

Principium  
Imperio iur  
Antea  
Quatenus iur  
De ordine in  
Iurisdictionis feuda  
peri. 14  
De deſcriptio iur  
tem. 16.

Paſſum Regum  
delit. 18  
Alibi adone  
De Actionibus  
De Proceſſu fe  
Saxonia  
De Appellatione  
De ſylo Curia

In diſcipli  
quo iur

\*\*\*\*\*

## CAP. XV.

DE IUDICIO, ET PROCESSU  
FEUDALI, ET STYLO CURIAE.*Origo iurisdictionis feudalis. 1.**Quatenus ordinaria dici possit? 2.**Quaenam causae feudales? 3.**De iudicio Parium Curiae. 4.**In eo et vassallus auditur contra Dominum. 5.**Quinam sint Pares Curiae? 6.**Iudicii Parium, in Germania, antiquitas. 7. De iudicio  
Principum. 8 9**Imperator iurisdictionem feudalem exercet, in Consilio  
Aulico 10**Quatenus iudicium Camerale de feudis cognoscat? 11.**De ordine in Processu hæræi tenendo 12.**Iurisdictionis feudalis statuum. 13. Etiam in Subfeuda Im-  
perii. 14.**De diuerso ius exercitio. 15. Imprimis in feudis extra Cur-  
iam. 16. Et Nobilitatis immediatae. 17.**Passim Regimini Prouinciali commissa est iurisdictionis feu-  
dalis. 18.**Alibi adhuc vigent iudicia Parium. 19.**De Actionibus feudalibus 20**De Processu feudali vetero, et nouo. 21. 22. Imprimis in  
Saxonia 23. Et in Curia Parium. 24.**De Appellatione in causa feudali. 25.**De stylo Curiae in negotiis feudalibus. 26.*

## §. I.

**I**n disciplina feudorum, magna ab anti-  
quo iuris et æqui cura fuit. Sic orta,

ex primaeva consuetudine, iurisdictione feudalis, Imperatorum etiam legibus stabilita est\*.

\* Lex Conradi, eam in rem, citatur II. F. 24. Etiam in Capitulari Caroli M. 2. de an. 813. Curiae feudalis vestigia reperimus, apud BALVZIVM T. I. P. 505. Quo in vigore BENEFICIARIA IVSTITIA tempore Conradi III. per Germaniam fuerit, obseruatum in COMMENT. DE REBVS sub Conrado, Lib. V. §. 29.

§. II. Illa quidem, utpote lege competens, ordinaria est, sed specialis tantum, et restricta ad causas feudales\*. Vnde facile inter dominum feudi, et dominum Iurisdictionis, de competentia, controversiae oriuntur.

\* Conf. AMADAEVS A PONTE Libro singul. *Quis sit index in causa feudali.*

§. III. Feudales causae dicuntur, quando inter personas, qualitate feudali praeditas, de re, vel facto feudali, disceptatur\*.

\* HVLDERICVS AB EYBEN in *Selectis Feudal.* Cap. 7. Eandem definitionem retinuit DN. ESTOR, de *Iurisdictione Curiarum clientelarium, et causis feudalibus, cap. 6.*

§. IV. Iurisdictione feudalis, ab origine, est penes Curiam Parium: et duplici quidem ratione<sup>1</sup>. Nam si lis inter vassallos ver-

veritur, domi  
si inter domi  
est, Pares  
index vicari

1) II. F. 55.  
conuocata,  
causa, termi  
lis oritur, pe  
debit conuoc

2) Quae sunt,  
vbi dominu  
Quod enim  
tionem, et  
ita debet in  
Textus aut  
runt, veri  
cognitione,  
quando, in  
tio de ioue

§. V. So  
est, vassallu  
sed vicissim  
ram Paribus  
ius suum ar  
tiam recusat  
bellorum fe  
modo, sed in  
Feudorum

veritur, dominus iudicat cum Paribus :  
si inter dominum et vassallum contentio  
est, Pares soli iudicant ; sed plerumque  
iudex vicarius constituitur<sup>2</sup>.

1) II. F. 55. fin. *Si inter duos vassallos de feudo sit  
controversia, domini sit cognitio, et per eum contro-  
versia, terminetur : Si vero inter dominum et vassallum  
lis oritur, per Pares Curiae, a Domino, sub fidelitatis  
debito coniuratos, terminetur.*

2) Quaesitum, an detur tertia iudicii feudalis species,  
ubi dominus solus cognoscit? Sed non videtur.  
Quod enim dicitur II. F. 55. *Domini esse cog-  
nitionem, et per eum controversiam esse terminandam,*  
ita debet intelligi, ne suffragia Parium excludantur.  
Textus autem I. F. 23. *Et si Pares non fue-  
rint, veritas inveniatur per dominum, non de  
cognitione, sed de probatione, explicari debet,*  
quando, inter dominum et vassallum, est conten-  
tio de investitura.

§. V. Scilicet non domino tantum fas  
est, vassallum ad curiam Parium evocare,  
sed vicissim et ipse respondere vassallo, co-  
ram Paribus, tenetur<sup>1</sup>. Licuit adeo vassallo,  
ius suum armis prosequi, si dominus iusti-  
tiam recusauerit<sup>2</sup>. Qui frequentium olim  
bellosum fomes fuit, non in Germania  
modo, sed in aliis etiam Regnis, in quibus  
Feudorum usus vigeret<sup>3</sup>. Ea vero arma

iam non fert status Imperii, ex quo Pacis publicae constitutio sancita fuit.

1) LO. MAR. NOTARIUS de gravaminibus vassallorum.

2) II. Feud. 22. Si vassallus conqueritur de domino, forsitan quia Feudum malo oramine intravit, domino perperam respondente, quid vassallo faciendum sit, quaeritur? Respondetur, eum Curiam debere vocare, et in eadem Curia de domino conqueri. Curia autem debet adire dominum, eumque salua reverentia, competentem cogere, ut vel possessionem restituat, et acquiescat, vel iudicio Curiae se committat. Quod si iter admonitus facere distulerit, tunc licet vassallo, ad aliam maiorem potestatem ire, et sibi conquire: et si dominus ei iniuriam facere noluerit, poterit eum DEPRAEDARE. Vocabulum depraedandi hic significat, dominum bello privato aggredi. Quod vulgo diffidare, Germani befeyden, vocant. CONF. SIGISM. GOTTL. HILLIGER de vassallo, contra dominum feudit, propria auctoritate ius sibi dicente.

3) De Gallicis feudis BRUSSELIUS testis est, L. II. c. 26. Que par l'usage des fiefs le vassal à qui le Roi differoit trop de faire justice en sa cour, pouvoit lui declarer la guerre. Idem de moribus Angliae et Scotiae testatur CRAGIUS, Lib. III. Tit. VII. §. additque: Et sane hi mores antiquissimi, non minus apud Anglos, quam Scotos, ut plurimum observantur, ut apud Glanvillam pluribus in locis videre est; nisi quod pro armis et depraedationibus, monomachia substituta est, in qua vassallo conquerenti, aut dominus concurrere tenebatur, aut alium, quem Championem vocabat, pro se substituere.

§. VI. Par domino, et feudum tene rofuere, Ple

• Conf. Diff

§. VII. Illi nos, in visu fu lationem iur

vid. COMME rado III. Lib

§. VIII. fuit Jus Prin sae Proceru tractabantur

• Conf. Diff

§. IX. Ver deliuerudiner tione celebra dinariis per

• In pace Wario Caesari mores in vandum ut pum sentent

§. X. Iur ator exerc cauflae quid

§. VI. Pares vocantur, qui, ab eodem domino, et in eadem Curia, immediate feudum tenent. Non eodem vbique numero fuere. Plerumque duodenarius placuit\*.

\* Conf. *Dissertatio de Paribus Curiae*, §. 6.

§. VII. Illa Parium iudicia, apud Germanos, in vsu fuerunt, diu ante ipsum compilationem iuris feudalis Longobardici\*.

vid. COMMENT. DE REB. IMPER. sub Conrado III. Lib. 5. §. 29.

§. VIII. Nobilissima illorum species fuit ius Principum, in quo imprimis causae Procerum, feudorumque regalium, tractabantur\*.

\* Conf. *Diss. de Paribus Curiae*, §. 20.

§. IX. Verum id, successu temporum, in desuetudinem abiit, mutata paulatim ratione celebrandae Curiae, et constitutis ordinariis perpetuisque Imperii iudiciis\*.

\* In pace Westphalica Art. V. 55. relictum est arbitrio Caesaris: in maioribus causis, et unde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusque religionis Electorum, et Principum sententias, et vota requirere.

§. X. Iurisdictionem feudalem Imperator exercet in Consilio Aulico<sup>1</sup>. Et causae quidem maiores, disertis verbis, cogni-

cognitioni Caesaris, in Ordinatione Camerali, referuatae sunt<sup>2</sup>.

- 1) Imperat. Ferdinandus III. in *Ordinat. Consil. Aug.* Tit. 2. In unserm Reichs Hofrath sollen alle und jede Sachen, das Heil. Römische Reich, desselben Hoheit, Recht, Herrlichkeiten, Regalien, hohe und niedere Lehn / / betreffend, angenommen werden, 10. BASIL. KVCHELBECKERVS in *Diss. de iure ac modo cognoscendi de Feudis Imperii, antiquo et moderno.* VI. traiecti. 1729.
- 2) Ita Ferdinandus, Romanorum Rex, in *Ordinatione Iudicii Cameralis*, P. II. T. 7. Ob auch Sachen vorstelen, Fürstenthum, Herzogthum, Graffschaften belangend, so vom Reich zur Lehn rühren, so einem Theil ganz und endlich abgesprochen werden sollen, derselben Erkenntniß wollen wir der Kaiserl. Majestät, oder in Ihrer Liebden, und Kaiserl. Majestät Abwesen, Uns, als Römischen König vorbehalten haben, De Praxi MOSERVS P. III. c. 11. p. 265.

§. XI. In quantum vero alias Iudicio Camerali cognitio de feudis competat, aliquoties in disceptationem venit<sup>1</sup>, etiam inter ipsa Imperii tribunalia<sup>2</sup>. Sunt enim casus, in quibus Iudicium Camerale, salua illa referuatione, cognitionem etiam de feudis sibi vindicat<sup>3</sup>. Et visum adeo Electoribus, ad Imp. Carolum VII. de interpretatione authentica laudati textus Ordinationis Cameralis, referre<sup>4</sup>.

1) ITTE  
 2) Iudicium  
 ratorem  
 Das in  
 Graffschaf  
 Reich mehr  
 gänglich un  
 quantitatem,  
 gesprochen  
 Cammerger  
 Vid. Schreibe  
 in Sachten M  
 und Conferen  
 3) Ita si  
 habent domi  
 ciuitatatur,  
 Consilium  
 Ita etiam  
 BOERHAAK  
 4) Literas Co  
 clabet u o  
 T. I. in App

§. XII. Au  
 statuere, in Pr  
 tandem in Ca  
 fra est, hunc  
 ad proscriptio  
 agitur, Acta  
 Imperii debe  
 ferri: in his,  
 Ordinum, cog



- 1) I T T E R V S cap. 25. §. 3. et sequ.
- 2) *Iudicium Camerale* ipsum, in literis ad Imperatorem Leopoldum datis, pluribus exponit: Daß in Sachen, Fürstenthum, Herzogthum, Graffschaften belangend, so entweder vom Reich nicht zu Lehn rühren, oder einen Theil gänzlich und endlich (*id est, totaliter quoad quantitatem, aut definitiue in petitorio*) nicht abgesprochen werden, des Kaiserl. und Reichs Cammergerichts Jurisdiction fundiret sey, Vid. Schreiben an Ihro Röm. Kayserl. Majestät, in Sachen Manderscheid contra Schwarzenberg, und Consorten.
- 3) Ita si lis est de bonis feudalibus, quae diuersos habent dominos directos, ne causae connexitas diuidatur, ad Iudicium Camerale, aequae ac Consilium Imperiale Aulicum, deferri potest. Ita etiam responderunt Iureconsulti Halenses, ap. BOEHMERVM, P. II. Resp. 44.
- 4) Litteras Collegii Electoralis, ad Imperatorem, exhibet MOSERVS ad *Capitulas Imperial.* T. I. in Appendice, p. 7.

§. XII. Arduum in primis fuit, formam statuere, in Processu Banni seruandam. Sed tandem in Capitulatione Caroli VI. proposita est, hunc fere in modum: vt, quoties ad proscriptionem, seu priuationem feudi, agitur, Acta quidem instrui coram Iudicio Imperii debeant, tum vero ad Comitata deferri: in his, causa, per delegatos trium Ordinum, cognita, Status ipsi decernant, et

sen-

sententia, probata ab Imperatore, nomine eius promulgetur; ipsa denique executio non aliter fiat, quam Ordinatio executionis praescribit<sup>2</sup>.

1) Vid. antecedens cap. 14. §. 36. 37.

2) CAPITVLATIO IMP. Caroli VI. art. XX.  
Wenn es denn zum Schluß der Sachen kommt, so sollen die ergangenen *Acta* auf öffentlichen Reichstag gebracht, durch gewisse hierzu absonderlich vereidigte Stände, (den Prälaten und Grafen: Strand mit eingeschlossen,) aus allen dreyen Reichs-Collegiis in gleicher Anzahl derer Religionen, examinirt, und überlegt, deren Gutachten an gesammte Churfürsten, Fürsten und Stände referirt, von denen der endliche Schluß gefaßt: und das also verglichene Urtheil, nachdem es von Uns, oder Unserm Commissario, gleichfalls approbirt, in Unserm Namen publicirt, auch die Execution sowohl in diesem, als andern Fällen, anders nicht, als nach Inhalt der Executions-Ordnung durch den Kreis, darinne der Aechter gefessen, und angehörig, fürgenommen und vollzogen werden. Conf. MOSERVS P. IV. cap. 8. §. 10. et seq. cap. 11. §. 5. et seq.

§. XIII. Statibus quoque Imperii sua constat iurisdictio, in caussis feudilibus, eique adeo disertis verbis, in Capitulatione Caroli VII. prospectum est\*.

\* CAPITVL. IMPERIAL. Caroli VII. art. XXI.  
Wir gereden und versprechen, Churfürsten, Fürsten, und Ständen des Reichs, die freye  
Rits

Ritterschafft  
höriger Lehen  
bey ihren  
Gendtschafft  
rechnen gehö  
nichiger  
Reichs: Ger  
causam, neq  
lassen. Ad q  
275, in Notu  
275. et seq.

§. XIV. Ipsa  
specie sic dicta,  
bus, ad Curia  
respicunt\*.

10. PIR  
feudorum. Con

§. XV. Cas  
feudalis diuert  
sa feudorum, e  
vique magna  
territorii quib  
dale, et subiec

§. XVI. Sur  
ritorio, (vulg  
quibus iurisdic  
ct, ne Superio

1) Supr. cap. 1.  
modi, et ind

Ritterschaft mit begriffen, wegen ihrer anges  
höriger Lehn, sie seyn gelegen, wo sie wollen,  
bey ihren Lehnherrlichen Befugnissen, auch  
Gerichtbarkeit, in den dabın nach den Lehn  
rechten gehörigen Fällen, allerdings ohnbeem  
trächtiget, und ihren darinn von keinem  
Reichs-Gericht, *neque sub praetextu continentiae  
causarum, neque iudicii vniuersalis*, eingreifen zu  
lassen. Ad quem locum conferri meretur MOSE  
RVS, in Notis ad Capitulat. Caroli VII. T. III. p.  
275. et seq.

§. XIV. Ipsa etiam Subfeuda imperii, in  
specie sic dicta, quae conceduntur a Stati  
bus, ad Curiam illorum, in feudalibus  
respiciunt\*.

\* 10. PETRI A LVDEWIG Diss. de primo foro Sub  
feudorum. Conf. Diss. de Paribus Curias, §. 26. 27.

§. XV. Caeterum iurisdictio Statuum  
feudalis diuersimode exercetur, pro diuer  
sa feudorum, et vasallorum, conditione: et  
vbique magna est vis consuetudinis. In  
territoriis quibusdam, conianctum est feuda  
le, et subiectionis, vinculum.

§. XVI. Sunt etiam feuda, in alieno ter  
ritorio, (vulgo extra Curtem vocant<sup>r</sup>.) In  
quibus iurisdictio feudalis ita temperanda  
est, ne Superioritati Territoriali deroget<sup>r</sup>.

1) Supr. cap. 3. §. 20. De origine feudorum eius  
modi, et indole Domini dicitur in illis, data  
opcia

opera egerunt GRIBNERVS, et RVRC. GOTHSTRVVIVS, in *diff. de dominio directo in territorio alieno*. BOEHMERVS in *Diff. de Iudice feudi extra Curtem*.

- 2) Itaque ad citationem, vasallo legitime insinuandam, itemque ad executionem sententiae, in Curia feudali latae, requisitione opus est iudicis territorialis. GRIBNERVS l. c. §. 9. Idque vsus in Saxonia probat.

§. XVII. In specie, intuitu Nobilitatis immediatae, quae feuda habet a Statibus, integra in reliquis caussis manet Iurisdictio Tribunalium Imperii\*.

\* Vid. Mandatum Imperiale de an. 1717. *de non recurriendo in caussis mere civilibus ad Curias Feudales*. De quo conf. die ReichsFama, P. III. cap. 33.

§. XVIII. Etiam quoad formam Iudicii, diuersitas est. In prouinciis, vbi subiectio territorialis, cum vasallagio, coniuncta est, Principes Regimini suo caussas feudales assignarunt\*.

\* In Prouinciis Austriacis, omnis de feudis, quae ab ipsis Archiducibus conceduntur, cognitio, Regimini Prouinciali reseruata est, per Constitutionem Rudolphi II. Imperatoris, de anno 1580. In Bohemia feudis extra Regnum sitis, proprius olim iudex dari solebat. Sed anno 1601. Senatus appellationem, pro Curia Parium, assignatus est. Idque anno 1651. confirmavit Imp. Ferdinandus III.

§. XIX.  
est, aut ex  
cerque vase  
quam incom

1) Conf. *Diff. exempli coll. CHAN, Di. feudi Germ.*  
2) Ita respond. *HERM. L.*

§. XX. A  
nus, quam v  
quendi tuer  
quae in lur

2) GOTTF.  
*nomine comp.*  
2) Ostendit h  
gumento,  
DINDOR  
feudalibus.

§. XXI.  
gularia qua  
bit. Ita  
ramentum  
no, nec dor  
ter defensio  
dos, erat f  
testis iurati

§. XIX. Alibi Curia Parium retenta est, aut exigente caussa instituitur<sup>1</sup>. Licetque vasallo, aliud iudicium domini, tanquam incompetens, recusare<sup>2</sup>.

1) Conf. Diss. *De Paribus Curiae*, §. 28. Plura exempla collegit Dn. GOTTLOEAVC. TENICHEN, Diss. *de usu hodierno Parium Curiae in feudis Germaniae provincialibus*.

2) Ita respondere Iureconf. Haleses, apud BOEHMERVM *Decis. Iur. Publ. et Feud. Resp.* 146.

§. XX. Actiones, quibus tam dominus, quam vasallus, utatur, iuris sui persequendi tuendique caussa<sup>1</sup>, eadem sunt, quae in iure civili<sup>2</sup>.

2) GOTTFRIDVS STRAVSZ *de actionibus feudi nomine competentibus*.

2) Ostendit hoc in singulari, de successione. argumento, BARTHOL. LEONH. SCHVEN- DENDOERFFER in *Tr. de Actionibus successoriae feudalibus*. Lipsiae 1703.

§. XXI. In ordine iudicii feudalis, singularia quaedam vetus feudorum usus habuit. Ita citatio ter fieri debebat<sup>1</sup>: iuramentum calumniae nec vasallus a domino, nec dominus exigebat a vasallo<sup>2</sup>: Inter defensionem, siue purgationum modos, erat sacramentum, quod duodecim testis iurati confirmarent<sup>3</sup>, qui Consa-

cramentales vocantur. Nec infrequens purgatio per duellum: atque in illo parviusque decertatoris conditio requirebatur<sup>4</sup>. Sed haec fere, successu temporis, in desuetudinem venere<sup>5</sup>.

- 1) II. F. 24. 1.
- 2) II. F. 33. c. in quibus causis.
- 3) I. F. 4. II. F. 33. §. Sacramentum. Quod vocant duodecima manu iurare.
- 4) II. F. 55. et alibi passim.
- 5) STRYKIYS in Exam. Iur. Feudal. cap. 25. qu. 14. 23. HORNIVS cap. 25. §. 16. et sequ.

§. XXII. Recentior vsus ad ordinem magis, quo reliquae causae tractantur, feudales quoque adduxit<sup>1</sup>. Etiam in Consilio Imperiali Aulico<sup>2</sup>. Et res iudicatae executioni dantur eo modo, quem Ordinatio executionis praescribit<sup>3</sup>.

- 1) IAC. FRIDER. LVDOVICI Einleitung zum Lehns-Proceß.
- 2) MOSERVS P. IV. Cap. II. von Lehns-Proceß, §. 3. et seq. De Relatione in causa feudali, in specie, ORDINATIO IVDIC. AVLIC. de an. 1654. Also es auch in Lehns-Streitigkeiten zu halten, jedoch, daß in deren Relation, vornehmlich die Originales Investiturae, und was für Pacta darinnen ausdrücklich begriffen, wohl erwogen, und dann gegen Unfern klaren Lehnrechten, den allegirten, aber nicht zu Recht probirten Lehngebräuchen, sonderlich in

in unfern  
ligkeiten.  
fons, defen

3) In Italia  
De quo v  
Imperial. d

§. XXII

quoque<sup>1</sup>, et  
hic ambages  
dem, Augusti  
tuitque, secu  
munis, quali  
causas feud

1) IVS FEV  
Processum

REINHARD  
nach Berol  
Rechtens,  
und gehalten

2) IVS FEV

3) CONST

§. XXIV

Parium, ex  
debent, qua  
tquo, rece  
sunt: Inter  
Collegium  
tere: vi  
antiquo, in f

in unsern Kaiserlichen Welschen Lehns: Sälz-  
ligkeiten, nicht zu viel in *Relatione*, noch *Deci-*  
*sione*, deferiret werde.

- 3) In Italia, solet executio per Comitatum fieri.  
De quo VFFENBACHIVS in Tract. de Consil.  
Imperial. Aulico, cap. 24. Sect. 2.

§. XXIII. Ius Feudale Saxonicum  
quoque <sup>1</sup>, et Alemannicum <sup>2</sup>, multiplices  
hic ambages habet. Sed in Saxonia qui-  
dem, Augustus Elector eas praescidit, sta-  
tuitque, secundum processum Iuris com-  
munis, qualis alias in his terris in vsu est,  
causas feudales tractari <sup>3</sup>.

- 1) IUS FEVDAL. SAXON. Art. 65 - 68. Hunc  
Processum feudalem ordine explicat BENE-  
D. REINHARDVS, im Bedenien, welcher maßen,  
nach Berordnung des alten Sächsischen Lehns  
Rechtens, ein Mannlehn-Gericht gehegt, bestellt,  
und gehalten werden mag.

- 2) IUS FEVDAL. ALEMANN. cap. 94. et seq.

- 3) CONSTIT. ELECTORAL. P. 1. 27.

§. XXIV. Vbi adhuc vigent Curiae  
Parium, ex obseruantia cuiusque hauriri  
debent, quae forte singularia, ex more an-  
tiquo, retenta <sup>1</sup>, aut nouiter introducta  
sunt <sup>2</sup>. Integrum etiam est Paribus, ad  
Collegium Iureconsultorum acta transmitti  
<sup>3</sup>: vti Responfa Prudentum iam ab  
antiquo, in feudalibus causis, valere <sup>4</sup>.

- 1) Vnde nec HORNIVS cap. 25. §. 14. aufir affirmare, omnia, quae de Patibus in Iure Feudali habentur, non esse in vfu.
- 2) Eximium hic Specimen dedit Dn. GODOFR. DAN. HOFFMANNI Diss. de Vfu moderno Iudicii Parium Curiae Wurtembergico. Tubing. 1733.
- 3) LVD. SCHRADERVS Sect. 14. n. 4. seq. RITTERSHVSIVS Lib. II. cap. 9. qu. 21.
- 4) Vid. supra cap. I. §. 14.

§. XXV. Libertas appellandi et lege feudali<sup>1</sup>, et antiqua per Germaniam obseruantia<sup>2</sup>, fundatur, modo non obster priuilegium de non appellando.

1) l. F. 22. in f.

2) Vid. COMMENT. DE REBVS IMPERII sub Conrado III. Lib. V. §. 29.

§. XXVI. Verba sollemnia, et formulae, quibus in caussa feudali vti moris est, (stylum Curiae vocant) ex actis cuiuslibet Curiae, et exemplis rerum iudicatarum, facile addiscuntur, et magno numero in publicum editae habentur.



IN  
Prior numer  
p

Accidental  
Actio  
Actio leudi res  
— quomodo  
Actiones in iur

Adactatio serui  
Adobis  
Adoptiuu in fe  
Advocacia fe  
Aetas valallo  
Affidew, n  
Agnati in rep  
— eorum

Agnatis quom  
dicato  
Agri limitanc  
Albergatia,  
Alienabile fe





## INDEX RERVM.

*Prior numerus paginam, posterior paragra-  
phum denotat, n. notas.*

## A.

<b>A</b> ccidentalia feudi.	32. 10
<i>Acht</i> , v. Proscriptio.	
<b>A</b> ctio feudi reuocatoria.	225. 33
— quomodo praescribatur?	ibid.
<b>A</b> ctiones in iure feudali eadem, quae iure ciuili.	214.
	8. 273. 20
<b>A</b> dacratio seruitii militaris.	196. 15
<b>A</b> doha.	208. 35
<b>A</b> doptiu in feudum non succedunt.	172. 8
<b>A</b> duocatae feudum.	62. 42
<b>A</b> etas vasallorum legitima.	94. 15
<i>Astierlehn</i> , v. Subfeuda.	
<b>A</b> gnati in retractu praeferuntur domino.	224. 29
— eorum consensus in alienatione feudi necessarius.	219. 18
— — — etiam generalis sufficit.	ibid. 19
<b>A</b> gnatis quomodo prospectum in feudo ob feloniam abiu- dicato?	262. 43
<b>A</b> gri limitanci Romanorum, 10. 1. diuersa a feudo. ibid.	
<b>A</b> lbergaria.	201. 21
<b>A</b> lienabile feudum.	55. 30



# INDEX RERVM.

Biretum inter symbola inuestiturae.	132. 10	
Bohemiae feudorum quis iudex?	272. 18. n. <sup>o</sup>	
Bona censitica, 34. 14. eorum a feudis diuersitas.	ibid. 15	
— — colonorum, 35. 16. 17. proscriptorum ad quae hodie deuoluuntur?	260. 42. infeudari solita quae- nam censentur? 65. 5. publica, quomodo infeuda- ri possint?	98. 5
Bona fides ad praescriptionem in feudo requiritur.	160. 3	
<i>Burg Lebn.</i>	59. 37	
Burgundica feuda.	209. 37	
Burgundicae fortes. v. Sortes.		
Bursaticum feudum.	64. 44	

## C.

de Camera feudum.	48. 16
Camerae imperii, in quantum eognitio feudalis competat?	268. 11
Capitula extraordinaria in libris feudorum.	24. 17
Caputium inter symbola inuestiturae.	132. 10
Carolus M. sub eo ampliata maxime feudorum disciplina.	16. 8
Castrense feudum.	59. 37
Casus imperiales in feudis quondam Burgundiae uisitati.	209. 37
Caualeata.	195. 10
Caualeatae feudum, ( <i>Reis-Lebn.</i> )	60. n. 2
de Cauena feudum.	48. 16
Causae feudales quatenam sint?	264. 3
Clerici quatenus feudi capaces? 73. 14 acquirere ecclesia feuda possunt, ibid. ubi succedant in feudo?	174. 15 sq.
Clypeus militaris, ( <i>Heerschild</i> ) quid?	77. 20
Clypei militares septem vulgo numerantur, 79. 23. inconcinna eorum explicatio	80. 24

# INDEX RERVM.

Clipei feudum.	58. 76
Collegia quomodo acquirant feudum?	74. 15
Colonaria bona vti feudo differant?	35. 36. 16. 17
Commissarius Caesaris in causis feudalibus.	137. 17
Competentiae beneficio an vasallus gaudeat?	215. 17
Compromittere de feudo potest vasallus.	215. 9
Conditionatum feudum.	58. 35
Conductus ius.	107. 19
Conradī Salici Imp. lex de feudis. 18. 11. 142. n. 3.	169. 4. 264. 1. n. 32
Consecratoriales quānam?	273. 21
Consilium imperiale aulicum cognoscit de causis feudorum.	267. 10
— — investiturae feudorum in eo concedi solitas.	136. 16
Consolidatio feudi 240. 6. 242. 11. quid de ea legibus Imperii constitutum?	242. 12
Contractus, quo feudum constituitur.	29. 5
Contractus de feudo iniuri liciti.	212. 3
Corredum.	201. 21
Credentiam Domini manifestare.	245. 18. n. 2.
Concurbitatio species feloniae.	245. 19
Culinare feudum.	64. 44
Curmeda.	36. 18
Cursus equestris inter solemnia investiturae. 134. 13. et n. 1	134. 13. et n. 1
Cursus publici apud veteres ratio. 117. 29. conf. Postae.	117. 29. conf. Postae.
Curia s. Curtis. 49. 18. feuda in Curte et extra Curtem. ibid. et 50. 19. 20. Seruitia in Curia Domini	200. 18. 19.
Curiae celebrandae ratio multum immutata.	267. 9

## D.

<b>D</b> ata feuda an ab oblati differant?	44. 8. b
Debita feudalia quānam? 229. 2. 3. quando tantum in subsidium ex feudo soluenda?	229. 2. 3. quando tantum in subsidium ex feudo soluenda?
	229. 12
	Debit.

Decimae in feudo  
 Dignitas  
 Dinumeramentum

Disfamario  
 Dimio quatenus

Domania quomodo  
 Domini directi

Domini directi  
 201. 14. vbi  
 conditioe va  
 conjunctione

Dominium dire  
 Dominus et va  
 Donatio vasa

— — calus  
 Dos et dotaliti

Dotalium feudo  
 Dotalium conit

— — quan  
 Dotalium pro  
 Dotatio filiae

— — ex feod  
 Duellum olim

**E**benhörig.  
 Ecclesiast

Ecclesiasticum  
 Edio Kuchite.

Effestucatio f  
 ämflants. Rec

# INDEX RERVM.

Decimae in feudum dari solitae.	98. 4
<i>Dienß</i> - <i>Lento</i> , v. Ministeriales.	
Dignitatis militaris diuersi gradus.	82. 26
Dinumeramentum feudi ante inuestituram exhibendum.	128. 5
Disclamatio	245. 18. n. 1
Diuisio quatenus locum habeat in successione feudali?	178. 22. 23
Domania quomodo in feudum dari possint?	98. 5
Dominii directi et utilis nomina vnde orta?	192. 1
— — — merito retinentur.	ibid. n. 1
Dominii directi et effectus, 193. 2. in feudis imperii,	
203, 24. utilis effectus, 211. 1. in feudis imperii, pro	
conditione vasallorum, diuersus, 211. 2. vtriusque	
coniunctione finitur feudum,	237. 3
Dominium directum in territorio alieno.	271. 16
Domus et vasallus an iudicentur ad paria?	257. 36
Donatiua vasallorum.	207. 34
— — casus in quibus praestari solita.	208. 36
Dos et dotalitium feminarum illustrium.	232. 10
Dotalitium feudum.	212. 4
Dotalitii constitutio in feudo, 212. 3. 230. 231. 5. 6	
— — quantitas	231. 6
Dotalitium propter secundas nuptias an cesset?	232. 9
Dotatio filiae vasalli defuncti non nisi in subsidium debe-	
tur ex feudo,	233. 12
Duellum olim inter probationes iudiciales.	273. 21

## E.

<i>Ebenbürtig</i> .	81. 25. n. 2
Ecclesiasticae res quomodo in feudum dari possint?	97. 4
Ecclesiasticum feudum	47. 14
<i>Edle Knechte</i> .	82. 26
Effestucario feudi,	240. 7
<i>Einstands</i> - <i>Recht</i> , 223. 28. n. 1. v. Protymisco ius.	
	Emphy-

# INDEX RERVM.

Emphyteusis quomodo a feudo differat ? 33. 12. in feudo constitui nequit.	214. 7
Episcopi quomodo feuda concedant ?	68. 5
Equestre feudum	52. 24
<i>Erb. Register</i>	37. 19
Essentialia, siue substantialia feudi	31. 8
Excusatio feudi	99. 6
Excusatio a seruitio feudali, 206. 30. causae a parte do- mini, ib. 30. et 31. a parte vasalli	206. 32
Executio in feuda	235. 16
Expectatiua quid ? 153. 9. eius diuisio 152. 11. qui- bus modis detur ? 153. 10. 12. quando cesset, eius locum non habeat ? 158. 20. an renouatio eius petenda ? 158. 19. successor eum ea teneatur ? 157. 16. vasalli possidentis consensus in eam an re- quiratur ?	156. 15
Expectatiua in feudis Imperii uisitata.	154. 13
— — quomodo concedatur ?	155. 14
Expediitio regalis, 114. 30. Romana, ib. seruiritia ad illam debita.	114. n. 2

## F.

<b>F</b> elonia, delictum feudale. 243. 16. uocis origo.	
244. 16. n. 1. species eius diuersae, 244. 17. an per omnem feloniam feudum committatur ? 249. 25 non omnes species lege definitae.	ibid. 26
Felonias remissio.	253. 30
per Feloniam an ipso iure committatur feudum ? 251. 14.	28. 29
de Felonia doctrina in quantum ad feuda imperii posse applicari ?	259. 39
Femina ad feudum quomodo admittatur ? 71. 9. 173. 13. an semel exclusa semper maneat exclusa ?	174. 14
Feminatum in feuda successio. 172. 11. an pro illa prae- sumatur in feudis oblati ?	173. 12

Femi.

IN

Feminiū feudu  
feudum, v. l.  
feudum unde dicitur  
tributa, 10. 7  
tribus, Diuisio  
Feuda an reprecen  
Germanicae su  
Francicae et Lon  
feudorum progr  
copere inualuer  
feudum qui dicitur  
— — equis et  
Fidelis appellatur  
Fidelitas essential  
Fidusfamilias qu  
Fluminum ius ro  
Fodrum quid  
Foresta et uentura  
36. n. 1. in  
certitoniis statu  
Foreste Imperato  
Forestale ius, 11  
Forestalia iudici  
Forestare sylvam  
Franci, feudorum  
Francum feudum  
Frates in feudo  
fratres cum fr  
filii soli  
Fridericus I. Imp  
Fructus feudi, 1

G  
Gancobinatus  
Gardia nob  
Gallardia, 63.

# INDEX RERVM.

Feminium feudum	41. 2
Feodum, v. Feudum	
Feudum vnde dicatur? 29. 4. eius significatur, 30. 6. attributa, 30. 7. diuersae species: quas vide sub suis titulis. Diuisionis eius fundamenta.	40. 1
Feuda an repetenda ab institutis Romanorum? 11. 12. Germanicae sunt originis, 12. 3. illorum vestigia apud Frances et Longobardos.	13. 14. 4. 5. 6. 7
Feudotum progressus, 18. 11. sq. vsus, quare olim tantopere inualuerit?	19. 12
Feudum qui dare possint et accipere? 67. et sq.	
— — — — — equis et armis acquirere.	141. 29. 142. n. 3
Fidelis appellatur vasallus	69. 7
Fidelitas essentiale feudi.	31. 8
Filiusfamilias quomodo feudum acquirit?	72. 12
Fluminum ius regale	107. 20
Fodrum quid?	114. 30
Foresta et venatio in genere an pertineant ad regalia? 118. 36. n. 1. in Imperio Germanico, 120. 39. et in territoriis statuum	121. 41
Forestae Imperatorum	119. 37
Forestale ius, 117. 34. eius scriptores	ib. n. *
Forestalia iudicia	119. 38
Forestare sylvam	117. 34
Franci. Feudotum apud illos antiquitas	15. 6
Francum feudum	64. 45
Fratres in feudo quomodo succedant? 180. 28. itemque fratres cum fratrum filiis, 180. 29. nec non fratrum filii soli	ibid.
Friderici I. Imp. leges feudales	20. 14
Fructus feudi, 188. 189. 44. 45. vti diuidantur?	ibid.

## G.

<b>G</b> anerbinatus pacta	183. 35
Gardia nobilis	85. 3
Gastaldia, 63. 43. Feudum Gastaldiae	ibid.
	Geding,

# INDEX RERVM.

<i>Geding</i> , pro Expectativa.	153. 9
Gerardus Niger inter primos Iuris feudalis scriptores.	22. 15. 19.
<i>Gesammte Hand</i> , vnde dicitur?	150. 1
<i>Gesammte Lehn</i> v. <i>Sammt Lehn</i> .	
Gladius inter symbola inuestitura	131. 9
— — adhuc in ritu inuestiturae vsitatus.	135. 19
Gratie ius inter Regalia.	108. 21

## H.

<b>H</b> abitationis feudum.	56. 31
Halsbergae feudum	58. 36
<i>Haupt Fall</i> .	36. 18
Hereditarium feudum, 45. 29. merum et mixtum. <i>ibid.</i>	
Hercotum, apparatus militiae, 143. 30. vocatur etiam <i>Heergevetta</i> ( <i>Heergeresbe</i> ).	<i>ibid.</i>
— — Vasalli detuncti Domino passim debet praestari.	144. 2. 3
Heribannum.	197. 13
<i>Heerschild</i> , v. <i>Clypeus</i> militaris.	
Homo pro Vasallo.	69. 7
Hominium, obligatio vasalli ad seruitia.	138. 20
— — vel simplex vel ligium.	<i>ibid.</i>
Honorarium feudum	64. 45
Hostagium, 201. 22. in hostagium se dare inter seruitia vasallorum.	<i>ibid.</i>
Hostentitiae, redemptio seruitii militaris.	196. 11
Hugolinus, s. Hugo de Porta Raennate.	23. 16
— — Primus feudale ius Bononiae explicuit.	<i>ibid.</i>
Hugolinus de Presbyteris libros feudorum corpori iuris ciuilibis adiecit.	24. 17

## I.

<b>I</b> mmediatum feudum.	45. 10. 11
Imperfecti quomodo feudum acquirant?	71. 9. 10.
	177. 20
Imperator	

Imperator inuestituram  
 — — iurisdictio  
 Imperii feudum  
 tamen et feudum  
 Improprium feudum  
 Impubertis quotiens  
 Inferius feudum  
 Interitium vel feudum  
 Interpretatio et  
 da?  
 Inuestitura vnde  
 quotiens? 11  
 prorogatur.  
 117. 18.  
 Inuestitura feudum  
 11. in car  
 die fiat? 11  
 lico. 116.  
 117. 17.  
 Inuestiturae Li  
 noratio.  
 Inuestiturae v  
 150. 151.  
 vltus etiam  
 get in Sax  
 Inuestitura ex  
 Inuestitura 10  
 Inuestitura p  
 Iudicium Par  
 antiquitas,  
 ter Domin  
 cessus in e  
 — — vige  
 Iudicium Pri  
 Inuestibile feudum



# INDEX RERVM.

Imperator investituram feudorum concedit.	130. 12
— — iurisdictionem feudalem vti exerceat?	267. 10
Imperii feuda praesumuntur masculina.	42. 5. dantur
tamen et feminina.	42. 6.
Improprium feudum.	53. 27
Impuberes quomodo feudum acquirere possint?	72. 11
Informe feudum.	160. 2
Interitum rei feudalis finitur feudum.	217. 1
Interpretatio concessorum regalia quomodo facienda?	122. 43
Investitura unde dicatur? 126. ? quid sit? ibid.	
quotuplex? 126. 2. quando peti debeat? 127. 3.	
prorogatur. 128. 4. ab ipso vasallo suscipienda.	
137. 18. varii ritus. 128. 6. et symbola. 131. 9	
Investitura feudorum imperii. 133. 12. antiqua 134.	
13. in camera quando coeperit? 135. 14. vti hodie fiat? 135. 15. quae sit in consiliis imperiali aulico. 136. 16. aut per commissarium Caesarem.	
137. 17. tutori concessa an renouanda? 93. 13	
Investiturae Litterae. 140. 22. Probatio ibid. Renouatio.	140. 23.
Investiturae Simultaneae definitio. 150. 1. origo.	
150. 151. 3. effectus. 150. 2. renouatio. 152. 5	
vltus etiam in feudis imperii. 151. 3. maxime viget in Saxonia.	151. 4
Investitura extra Curiam Domini.	130. 8
Investitura immobilium Saxonica.	38. 20
Investitura praesumpta.	159. 1
Iudicium Parium Curiae. 264. 4. eius in Germania antiquitas. 267. 7. in eo iudicatur de causis inter Dominum et Vasallum. 265. 366. 4. 5. processus in eo obseruari solitus.	275. 24
— — viget adhuc passim.	275. 24
Iudicium Principum.	267. 8
Iurabile feudum.	61. n. 3

# INDEX RERVM.

- Iuramentum fidelitatis, 138. 20. quondam differebat ab hominio, *ibid.* Conf. Vafallagium.
- Iura in feudum concedi solita 121. 42
- Iurisdictio inter regalia refertur, 116. 33. diuiditur in superiorem et inferiorem *ibid.*
- Iurisdictio feudalis: eius origo. 263. 1. ordinaria est. 264. 2. exercitium eius in Curia Parium duplex, 264. 4. ab Imperatore exercetur per Consilium Aulicum, 267. 10. in quantum Camerae Imp. competat? 268. 11
- Iurisdictio feudalis Statuum Imperii, 270. 13. quomodo exerceatur? 271. 15 sq.
- Ius feudale: Eius definitio, 1. 1. scopus, 2. 2. sq. methodus, 6. 8. principia propria et communia. 3. 5. 6.
- Ius feudale vniuerfale an detur? 4. n. 2
- Ius feudale Longobardicum. Eius compilatio sub Fridrico I. facta, 22. 16. Corpori iuris ciuilibus adiecta, 24. 17. Auctoritas eius. 25. 19
- — — Saxonicum, 25. 18. Suenicum s. Alemannicum. *ibid.*
- Iuris species singulares, *vid.* sub propriis titulis.
- Italica feuda Inueftitura illorum, 136. 16. vſus iuris feudalis Longobardici in illis 251. n. 3

## K.

- K**eminadae feudum 60. 38  
*Krumſtabs - Lehn* 47. 14  
*Kunckel. Lehn* 40. 2

## L.

- L**andsaefſige *Lehn*, v. Prouincialia feuda.
- Laudemium, *vnde dictum?* 140. 25
- Laudemii feudalis definitio, 141. 27. eiusdem origo, 141. 28. duplex, maius vel minus, 145. 33. quando ad genera feudi referatur? 230. 3
- Lau-

Laudemii ratio  
 Legato feudo, q  
 Legitima ex fe  
 Legitimati in  
 mari per lu  
 Lehn, *vnde dic*  
*Lehn. Indult.*  
*Lehn Waare, v.*  
 Libellaria bona  
 Legum feudum  
 Litterae reuocale  
 Littera inter Reg  
 Locare feudum v  
 Locatum bono  
 Longobardi Reg  
 rum apud  
 Longobard  
 Loricae feudum  
 Lotharii II. J  
 tio de pro  
 ampliata.  
 Lusitana feuda q

**M**agistratus  
 Magist  
 Maiestatis laele  
 Maior aetas val  
 Maioratus  
 Maioratus, *Meyer*  
 Mason. in dicit  
 Manngericht, v.  
 Manbonaticum,  
 Maritagium,

# INDEX RERVM.

Laudemii ratio in feudis Imperii	145. 35
Legato feudo, quod legari acquit, quid obtineat?	119. 20
Legitima ex feudo quando debeat?	243. 11
Legitimati in feudo non succedunt, 171. 7. etiamsi legitimi per subsequens matrimonium	ibid.
<i>Lehn</i> , unde dicatur?	29. n. 4
<i>Lehns-Indult</i> .	128. 4
<i>Lehn Waare</i> , v. Laudemium.	
Libellaria bona differunt a feudis	33. 13
Legium feudum vel non ligium	56. 57. 32. 33
Litterae reuerſales ſimultanee inueſtitorum.	152. 7. 8
Littora inter Regalia	108. 22
Locate feudum vaſallo licet	212. 3
Locatorum bonorum a feudis diuerſitas	35. 36. 16. 17
Longobardi Regnum in Italia condidere, 15. 6. feudorum apud illos antiquitas. 16. 7. v. Ius feudale Longobardicum.	
Loricæ feudum, ( <i>Panzer-Lehn</i> .)	58. 16
Lotharii II, Imp. Leges feudales, 20. 14. Conſtitutio de prohibita feudi alienatione a Friderico I. ampliata.	217. 13
Lufatia feuda quando alienari poſſint?	218. 17

## M.

<b>M</b> agistratus conſtituendi ius	115. 32
Magiſtri foreſtae.	119. 37. n. 2
Maeſtatis laeſe crimen inter ſpecies felonjae.	248. 23
Maior aetas vaſallorum.	94. 18
Maioratus	182. 32
Maioriae, <i>Meyerey</i> .	35. 16
<i>Mann</i> , in diſciplina feudali quid ſignificet?	69. 7
<i>Manngericht</i> , v. Parium Curia.	
Mansionaticum.	114. 30
Matrigium.	86. 3. n. 4
	Mari-

# INDEX RERVM.

Maritima Regalia.	108. 22
Masculinum feudum.	40. 2
Matricula feudalis.	204. 25. 26
Matrimonium ad morganicam: ex eo geniti non succedunt in feudo.	172. 9
Matrimonium inaequale: ex eo geniti non succedunt in feudis Imperii regalibus.	171. n. *
Meliorationes feudi.	230. 24
Mente capti non succedunt in feudo.	177. 20. 21
Metallifodinae inter Regalia.	109. 23
Methodus iuris feudalis.	6. 8
Miles pro vasallo.	69. 7
— — quando titulus dignitatis esset coeperit? 70.	n. 5
Militare feudum.	58. 36
Militaris dignitatis diuersi gradus.	82. 26
Militia feudalis quare in desuetudinem venerit?	199. 17
Militiae Romanorum, 12. 2. an ex illis orta feuda?	ibid.
Ministeriales a vasallis olim diuersi.	78. 21
— — iuris feudalis participes facti.	78. 22
Minor quomodo ad feudum admittatur?	72. 11
<i>Mittelfreye</i> , quinam olim vocati?	79. 23
Monetae ius inter Regalia.	111. 26
Monetariae officinae in feudum concessae.	112. n. 2
Mortuarii ius,	36. 18

## N.

<b>N</b> aturales liberi in feudo non succedunt.	171. 7
Naturalia feudi attributa.	31. 9
Nobile feudum.	51. 21
Nobiles passim et ipsi vasallos suos habent.	68. 4
Nobilitas an cum feudo conferatur?	52. 25
Nobi	

IN  
Nobilitas Imperii tractus, 227. habet. Nouum feudum.

Oberus de ptores. Oblatum feudum se differant? feudum causae Obligatio inter de tamen diuersa Officia in feudum Onera feudalia. Oppignoratio fe Spectatum in Otto M. Imp. r

Pacta publi Pacta de success et generibus ex Pacto et pro Palatia inter re Palatinum feud Panzer-Lehn, Parata. Pares Curiae q Partium Curiae Pax Constanti Pecunia success Pecuniarium fe

## INDEX RERVM.

Nobilitas Imperii immediata gaudet privilegio re-  
tractus, 227. 36. feuda etiam a Statibus Imperii  
habet. 272. 17  
Nouum feudum. 43. 7

### O.

**O**bertus de Otto inter primos iuris feudalis scri-  
ptores. 22. 15. sqz  
Oblatum feudum, 43. 8. a an feuda data et oblata inter  
se differant? 44. 8 b frequentis olim oblacionis in  
feudum causae. 19. 12  
Obligatio inter dominum et vasallum mutua, 193. 3. sed  
tamen diuersa. 257. 36  
Officia in feudum data. 61. 40  
Onera feudalia, 228. 1. Conf. Debita.  
Oppignoratio feudi quid requirat? 221. 22. 23. 24  
speciatim in feudis Imperii. 222. 25. 26  
Otto M. Imp. rei feudalis sub eo incrementa. 18. 11

### P.

**P**acis publicae violacione committuntur feuda. 248. 24  
Pacta de successione in feudis, 183. 34. confraternitatis  
et gnerbinatus. 183. 39  
ex Pacto et providentia maiorum feudum. 54. 28  
Palatia inter regalia. 115. 31  
Palatinum feudum. 62. 41  
*Panzer-Lehn*, v. Loricæ feudum.  
Parata. 114. 30  
Pares Curiae quinam sint? 267. 6  
Parium Curiae iudicium, 264. 4. v. Iudicium.  
Pax Constantiae. 116. n. 2  
Pecunia successoria, laudemii species, 141. 28  
Pecuniarium feudum, 49. 17

### T

Pec.

# INDEX RERVM.

Personale feudum.	56. 31
Pertinentiae feudi.	100. 8. 9
Pignoratitium feudum.	44. 9
Pileus inter symbola inuestiturae.	132. 10
Placita forestarum.	120. 38. n. 2
Plegii feudum.	63. 44. 202. 22
Portus inter Regalia.	108. 22
Postae ab antiquo cursu publico diuersae.	111. 29
— — quando institui coeperint?	113. 29
Praescriptio feudalis, 159. 1. eius requisita.	160. sq. 3. 6
<i>Præsent Gelder</i> , v. Donatiua.	
Praesumptio pro allodio, v. Allodium.	
Primogenituae introductio.	178. 24. 182. 31
Processus feudalis antiquus, 273. 21. et nouus.	ibid. 12
— — speciatim in Saxonia.	275. 23
— — qualis obtineat in Curia Parium?	275. 24. sq.
Procuratio, v. Albergaria.	
Procurator ad suscipiendam inuestituram	138. 19
Proditio Conuassalli inter species feloniae.	247. 22
Proprium feudum et improprium. 53. 27.	Ratio eius ibid.
Proscriptio imperialis.	259. 39.
— — ordo iudicialis in ea seruandus.	260. 41 269. 12
Protimiscos ius in alienatione feudi.	223. 27
— — quomodo a retractu differat?	223. 28
Prouassallus, <i>Lehntræger</i> .)	74. 15
Prouincialia feuda, ( <i>Landssässige Lehn</i> )	46. 12

Q

Quaternatum feudum. 46. 13

R. Re.

R

Refutare  
 — — quando  
*Regale feudum.*  
*Regalia*, quatenus  
 maiora et minoris  
 ritus Statu  
 quatenus ad i  
 modo conce  
 conceda intelli  
*Reges feudum*  
 etiam a Regno  
*Reit Lehn*, v. C  
*Releuon*, v. La  
 Res quae in fe  
 47. 15. in  
 possit?  
 Res singulares; v  
*Reipo* in sapient  
*Retractus feudi*  
 — — feudali  
 — — ex iur  
 — — ex del  
 — — intui  
 tentia?  
 — — quan  
*Reuocatio feud*  
 — — a fili  
 agnatis?  
*Ritterfeud.*  
*Ritter - Rolles.*  
*Roncaini camp*  
*Rullisium feud*

# INDEX RERVM.

B.

- R**efutare feudum vasallus potest, 216. 12. etiam inuito domino, 240. 8. qua conditione? ibid.  
 — — — quando dicatur dominus. 241. 10
- Regale feudum. 51. 2E
- Regalia, quatenam dicantur? 101. 12. diuiduntur in maiora et minora, 101. 12. an Imp̄ ea olim in territoriis Statuum praesentes exercuerint? 121. n. 2. quatenus ad ius feudale pertineant? 103. 15. 19. quomodo concedi soleant? 122. 44. 45. in dubio quae concessa intelligantur? ibid.
- Reges feudum ab alio domino tenere possunt 74. 16 etiam a Regno cui praesunt. 74. 17
- Reit Lehn*, v. *Causalcata*.
- Relatum, v. *Laudemium*.
- Res quae in feudum dari possunt. 97. 1. immobiles, 47. 15. in re mobili, quomodo constitui feudum possit? 101. 1E
- Res singulares; vid. sub propriis titulis.
- Resposita sapientum in feudalibus causis, 29. 14. B. E
- Retractio feudi non rite alienati.
- — — feudalis et gentilicium. 224. 29.
- — — ex iure protimiseos. 223. 28. n. 1
- — — ex delata successione. 215. 31. 12
- — — intuitu domini et agnatorum quae differentia? 224. 29
- — — quando exerceri debeat? 224. 30
- Reuocatio feudi alienati ex delata successione. 225. 31
- — — a filio quando fieri possit? *ibid.* n. 2. et ab agnatis? ibid. 3
- Ritterpferd*. 194. 10
- Ritter - Rollen*. 196. 11
- Roncarii campi. 21. n. 5
- Rusticum feudum. 53. 26

# INDEX RERVM.

## S.

<b>S</b> acrae res in feudum dari non possunt.	97. 4
Sagittae feudum, ( <i>Schützen-Lehn.</i> )	58. 36
Salicae terrae.	14. 5
Salicae inter regalia.	III. 25
<i>Sammt</i> - <i>Belohnung.</i>	150. 1
<i>Sammt</i> - <i>Lehn.</i>	ibid.
Saxonia: Processus feudalis in ea ratio.	275. 23
Saxonica feuda: simultaneae in illis investiturae vis.	151. 4
Sceptrum inter symbola investiturae.	131. 9
— — feuda sceptri.	52. 23
<i>Schillings</i> - <i>Güther.</i>	35. 16. n. 3
<i>Schoeppen</i> - et <i>Schultzen</i> - <i>Lehn.</i>	53. 26
<i>Schützen</i> <i>Lehn.</i>	58. 36
Scuragium.	195. 10
Seculare feudum.	47. 14
<i>Semper</i> - <i>Lente</i> , vnde dicti?	80. n. 2
Senior vocatur Dominus directus.	67. 1
Senioratus, 182. 33. in familiis quibusdam principum obtinet.	183. n. 2
Separatio feudi ab allodio.	187. 43
— — in feudis Imp. quando locum habeat?	189
	100. 47. 48
Sequelae ius.	106. 17. 197. 14
Sequestratio feudi.	235. 17
Seruitium inter naturalia feudi.	195. 9
Seruitia determinata.	200. 21
Seruitia militaria.	195. 10. sq.
— — ad ea euocari debent vasalli.	197. 13
Seruitia in Imperio.	203. 25
Seruitia in Curia, et Placito, 200. 18. honoraria.	200. 19
Seruitia minuta et ludicra.	203. 33
	Ser.

Seruitus vtriusque  
 Sess. Lehn  
 Silvae, v. Feudum  
 Simultaneae investiturae  
 cessarius  
 Salare feudum  
 Soldatii vnde  
 Soldata male  
 Soldatii, an  
 Sortes Burgum  
 Sportulae in  
 Stragii feudum  
 Status Imperii  
 Stylos Curiae  
 Subfeuda quae  
 — — ex  
 — — de  
 Subinfeudatio  
 — — quae  
 Substitutum car  
 Successio feudi  
 dis Imp. 1  
 dentes, 171  
 Collaterales  
 comuni  
 feudis prim  
 Successio lineae



# INDEX RERVM.

Servitus vtrum feudo imponi possit?	215. 10. 216. 11
<i>Sess. - Lobn.</i>	60. 37. n. 2
Silvae, v. Forestae,	
Simultaneae inuestitorum consensus in alienando feudo necessarius	219. 18. 19
Salare feudum.	64. 46
Soldarii vnde dicti?	56. 31. 197. 14
Soldata male inter feuda refertur,	56. 31
Soldarii, an ab illis feudorum origo petenda?	14. n. 3.
Sortes Burgundicae et Vandalicae, an fuerint feuda?	14. 5.
Sportulae in Cancellaria soluendae pro inuestitura.	145. 33
Stragii feudum.	60. 37. n. 2
Status Imperii: Iurisdictio illorum feudalis.	270. 13
Stylus Curiae in causis feudalibus.	276. 26
Subfeuda quatenam dicantur?	99. 6
— — exempla illorum in Imperio.	213. 6
— — de foro subfeudorum Imperii.	271. 14
Subinfeudatio permessa,	212. 5
— — quae cautiones in illa obseruandae?	99. 7
Subsidium caritativum nobilitatis immediatae.	207. 34
Successio feudalis: Eius origo, 168. 1. speciatim in feudis Imp. 170. 5. requirita, 170. 6-10. inter descendentes, 178. 22 sq. inter ascendentes, 179. 26. inter collateralales, 179. 27 sq. qualis obtineat iure feudali communi? 181. 30. vti differat a successione lineali in feudis primogeniturae?	181. n. 2
Successio linealis, 182. 31. aut secundum gradus.	182. 31

## INDEX RERVM.

Successio in feudis imperii quid habeat singulare?	182. 31
Successio simultanee inuestitorum.	185. 40
Successionis feudalis effectus.	186. 41. 42
Superindictum.	114 n. 1
Surdi et muti an succedant in feudo?	177. 20

### T.

de <b>T</b> abula feudum.	46. 13
Taxa feudalis, 145. 33. in feudis Imperii,	146. 37
Testari de feudo quando liceat?	219. 20
<i>Todie Hande.</i>	36. 18
Traditio feudi actualis.	140. 23
Transigere de feudo quando liceat vasallo?	215. 9
Transmutatio feudi in allodium	238. 4
Tutela feudalis: eius origo, 84. 1. vetus ratio, 85. 2 etiam in feudis imperii, 86. 87. 4. 5. dadiua, 89. 8 speciatim subvasallorum imperii, 90. 9. legitima, 89. 8 materna in feudis imperii, 90. 10. in Saxonia matri adiungitur tutor feudalis.	91. 11
— — testamentaria.	89. 8
Tutela feudalis fructuaria an hodie obtineat?	88. 6
Tutor feudalis ad inuestituram admittitur.	92. 12

### V.

<b>V</b> aluasini quinam;	76. 19. 77. n. 2 3
Valuasores.	76. 19
Vandalicae sortes, v. Sorres.	
Vasallagium: differentia eius ab homagio, proprie sic dicto.	94. n. 3
Vasallus: etymon vocis, 69. 7. obligatur domino ad reuerentiam	reuerentiam

reuerentia  
 seruitia  
 ria Pa  
 prosequi  
 Vasallus  
 194. 8.  
 potest.  
 Vasallus  
 194. 7.  
 beat 197  
 possit 19  
 puenit 2  
 feudo?  
 Vasallotum  
 que diues  
 — — immu  
 Vasallorum.  
 Vassi Regis e  
 Vassi et Vasa  
 Venatio an p  
 eius diuisi  
 Venatorum  
 Vetus feudum  
 Vexillum inte  
 Vexilli feuda  
 Viac publica  
 Villicorum b

# INDEX RERVM.

- reuerentiam et fidelitatem, 193. 3. 5. nec non ad  
 seruitia, 195. 9. auditur contra dominum in Cu-  
 ria Parium, 265. 5. potuit olim ius suum armis  
 prosequi, 265. 5. non aequè hodie. ibid.
- Vasallus an dominum inopem alere teneatur ?  
 194. 8. compromittere et transigere de feudo  
 potest. 215. 9
- Vasallus contra dominum quando testari possit ?  
 194. 7. qui plures habet dominos, cui seruire de-  
 beat? 197. 12. quando dominum in ius vocare  
 possit? 194. 6. subditos male habens an feudo  
 priuetur? 247. 22. n. 4. Quo iure fruatur in  
 feudo? 212. 3
- Vasallorum diuersi ordines, 75. 19. 18. 19. 20. huius.  
 que diuersitatis effectus. 81. 25
- — immunitas a Collectis. 207. 33
- Vassaticum. 69. 7. n. 2.
- Vassi Regis et Ducis. 18. 10. n. 2
- Vassi et Vasalli an diuersi? 69. 7. n. 2
- Venatio an per se pertineat ad regalia? 118. 36. n. 1  
 eius diuisio, 117. 35. in feudum concedi solita.  
120. 39
- Venatorum imperii officia in feudum concessa.  
120. 40
- Vetus feudum, aut nouum. 43. 7
- Vexillum inter symbola inuestiturae, 131. 9
- Vexilli feuda. 51. 22
- Viae publicae inter regalia. 107. 18
- Villieorum bona vti a feudo differant? 35. 36. 16. 17  
Vita-

## INDEX RERVM.

Vitalicia bona.	34. 15. 0. <sup>72</sup>
Vniuersitates quomodo feuda acquirant?	73. 13
Vrbanum feudum.	53. 26
Vsufuctus a feudo differt.	34. 15
— — in re feudali constitui potest.	212. 3

### X.

<b>X</b> enia Officialium Imperii in inuestituris.	147. 38
— — ab illis immunes Electores.	ibid.



RVM.

34-16. 12

71-13

11-15

34-15


212. 3

147-38

147-38

147-38





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

# TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Purple	Light Gray
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Purple	Dark Gray

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
	R	G	B				W	G		K				C	Y	M			

# TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

D. R. No. 72



